

De pudendorum morbis et lue venerea tetrabiblion / [Jacopo Vercellone].

Contributors

Vercellone, Jacopo, 1676-

Publication/Creation

Asti : J.B. de Zangrandis, 1715.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gwsxvvs9>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



54145/B

F.IX

18/v

Mistbound
Transposed pp 57-60 / 61-64
289-296 / 297-304



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b3049929x>

JACOBI VERCELLONI

P E D E M O N T A N J

Phil. & Medic. Doctoris

D E

PUDENDORUM MORBIS

६५


LVE VENEREA

Tetrabiblion

Illustriſſimo

D. LVCAE PERTVSATO

Dicatum.



A S T Æ MDCCXV.

Apud Ioannem Baptistam d^e Zangrandis
Superiorum permis^su.

*Hoc lege, quod possit dicere Vita,
meum est.*

Martial. Epig. 5. lib. xi.



MAGNIS NOMINIS VIRO,

Illustriſſimo Domino

D. L V C Æ

PERTUSATO

S A C R I

SENATUS MEDIOLANENSIS

P R Æ S I D I ,

Supremi S. R. J. in Italia Consilij Regenti
Comiti, &c.

Domino ac Mecænati suo Gratiſiſſimo

JACOBUS VERCELLONUS PEDEMONTANUS

S. P. D.

OUVM Munificentię

Tuæ Argumentum hīc

Posteri inueniēt, PRÆ-

SES AMPLISSIME :

Dilcent liquidèm ex me qualis er-
gà Literatos extiteris, qui idio-
tam, hominem à Musarum comer-

D E D I C A T I O

cio alienum s̄isti Te coram iterūm
non dubitaueris. Stupebunt nihilo-
minūs adhuc magis , vbi me non ,
quemadmodūm anteā, ex audaciā;
verūm ex nutu, ex inuitatione Tua
ad Te nūnc accessisse comperient:
quūm nimirūm nouerint; vti ex in-
scitia insipiens factus cūm postedi-
tionem priorum Commentationū
mearum in Publicum vidisse nihil
plūs profecisse apud vulgum, quām
si in folle nugas obtulisse , aut
ollas, iuxta adagium, ostentasse ;
cūmque adeò melius aetum iri pu-
tassem cum rebus meis , si qualibet
didascalie cura posthabita , qua
Medici scientiarum audi hodier-
no tempore obolum in triuio emē-

D E D I C A T I O

dicare coguntur, in illorum partes
transijssem, qui verbosi & iactabun-
di Magnatum fores obsidere, cul-
tè luculentèrque viuere satagunt,
Tu, PRÆSES AMPLISSIME,
indicto per humanissimas litteras
phasmatum eiusmodi contemptu,
morum huius seculi & calamitatū
tolerantia inculcata ità me in pri-
stino instituto meo confirmaueris,
vt non tam ad noua Studia, quām
ad nouas insuper ipsorum euulgati-
ones impulieris. Dicent equidem
tunc Mecœnatem Te omnium ma-
ximum, addirigendas præuarica-
tiones hominum veluti natum, Le-
gibus condendis parem dignissi-
mumque & quem **Consultissimi**

D E D I C A T I O

ipsi suspiciāt, & Reges Cesaresque
in difficillimis negotijs adhibeant,
& totus demūm Orbis veneretur.

Ast missis Proprijs Tuorumque
laudibus, à quibus abstinere Tui
etiam pars Consilij est, dicam fu-
turum rursus hinc, vt & grates qu-
andòque plurimas Tibi sit habitu-
ra Posteritas; vbi nempè intelliget
Opellam hanc Tibi ortū ssum de-
bere. Debebit etenim & Tibi quic-
quid emolumenti ex ea percipiet;
nec dubito, quin multum sit per-
ceptura Auspice imprimis Te,
PRÆSES AMPLISSJME, qui
onnes Liberalitate, Sapiētia, Con-
silio iuuare confueuisti. Vale.

LIBELLUS LIBELLUS LIBELLUS LIBELLUS LIBELLUS LIBELLUS LIBELLUS

A V T H O R

De Editione huius Operis ad Lectorem.



Vód Libellum hunc ROMÆ inchoatum anno 1701. nonnisi nunc ASTÆ absolutum videoas, ne mireris Lector. Fuerat ad lucem nimíum præcox; vtque plus satis festinata seriùs ad finem (inquit Plato) perducuntur, sic Libri præmaturi.

Scilicet, eram paulo iunior, annorum circiciter 23., quum illum edere incæpi. Ibidem népé in Archiospitale S. Jacobi Incurabilium ad Praxin medicam exercendam accitus cum offendissem statim numerum propé incredibilem eorum qui non tam Fortunæ, quam Venoris flagris pessimè subacti [planè iuxta illud; *Venus etiam parvis in tectis habitat*] opem imploratum veniebant, mearum partium esse duxeram neruos intendere, ut ijsdem opitularer; insuper, & quià à Medicis passim per Italiam obuijs didiceram non esse tutum ad Jnsfirmos absque *Antiueneris* accedere, notas mihi compilarem, quibus in reliquis moribis pro ijsdem exhibendis ad Cynosuram dirigerer. Propositi igitur tenax congesseram toto biennio, imò & triennio, Observations de *Pudentia*, quæ ibidem pleno velut horreo dabantur: cùmque ijs mox iuxta quatuor Medicinæ partes Physiologiam, Pathologiam, Simioticem & Therapeuticen [Hy-

[*Hygiene ad Physiologiam relata*] distributis, Tetrabliblion compegissem ad meum ipsius modulum & eorum, quæ nupèr *Montpellier* habueram ab eximio Professore eodemque Præceptore meo D. D. *Petro Chirac Aurelianensis* Ducis nunc Medico celeberrimo [cuiusque siue hospitalitatis, siue beneficentiae, amoris, institutionis, aut laudum denique in me tum adolescentulum atque im- merentem clam, coram, vbiique ac passim effutarum memoria apud me posterosque meos æterna erit] ope- ræ pretium fore duxeram si idem publici iuris effi- ceretur. Nedum autem ordinato prælo monuit me *Illusterrimus Bartholomeus Torini Archiater tum Pedemontanus præclarissimus*, cum quo consilium commu- ni caueram, non decere, inquiens, *imberbem Medicum typis quidpiam mandare, seniumque esse expectandum*. Quamo- brém pænitentiâ ductus manum ferulæ, ut aiunt, liben- tér subduxisset, nisi præualuisset in ivuene inanis glo- riæ œstrum, quo iam, quod non licebat impellebar. Nihilominus acceptis postea literis ab *Excellentissimo D. Fantono Professore Taurinense*, quibus sciscitabatur *Ecquid mihi videretur Nicolaum de Blegny, aliosque plu- rimos de tali argumento digné satis non disseruisse?* abstinui ab opere. Ignarus quippe eorum, quæ in *Medica Re- publica* hactenus gesta fuerant, censueram ante me neminem extitisse, qui *Venereorum morborum Causas, Differentias, Signa & Curationem* denique tradidisset, meque adeò potissimum iure talem impressionem medi- tari debuisse. Euertit vero denique & tale propositum

om.

omnino , idem D. *Fantonus* nuncians transiisse illac
Nepotem Doctissimi *Masitani*, Patrui scripta, int̄ quæ
primo loco Tractatus de Lue *Venerea* reperiebatur,
Geneuam adsportantem Typis mandanda. Quid igit̄
reliqui, nisi vt tempori inseruirem, expectaremque quid
noui hic eslet allaturus; interim & vt comparatis labo-
ribus eorum, qui hactenus de *Pudendagra* scripserant,
discerem mei ne alicui interdum vsuuenire possent,
numque adeò forte cum tempore proferendi, an fru-
stranei inuenti ad extremum essent sepelliendi ? Hinc
porró à Naturæ Libro[quem in Anatomij peruolutum
ad alios congregandos sufficere usque credideram, quo-
que adeò in meo casu duntaxat usus fueram alijs vt-
poté destitutus] lectione ad carthaceos translata Scrip-
tationum mearum ita obliuisci cœpi, vt reuersurus in
Patriam Amico commiserim colligendas, mihique ,
si daretur occasio , transmittendas . Redux autem fa-
etus , cùm non , nisi de *Pudendagrographis* mihi com-
parandis sollicitus essem; nec, nisi Librorum huiusmodi
lectionationi incumberet, nescio quo fato[siue id cōtigerit,
ex eo quod suum cuique pulchrum [delectat veluti Bal-
binum polypus agnæ , ex Horatio] siue , quod expectatione
mea fraudatus ipse viderer, meorum desiderio iterum
carpi cœpi : Jamque reddita mihi aliquando fuerunt ca-
scripta , sed lacera acdum humentia ex naufragio, quo
in transitu per mare fuerant periclitata . Cùm verò vix
recuperata deserere, instantे scilicet obsidione Tauri-
nense , Librisque illis valedicere vnā debuerim Corde

*

Pu-

Pudendagrologica omnia exciderunt ; conuersoque aliò, rure [quò diuerteram] animo , Dissertationes Anatomicas paraui [quarum prima vulgata iam est] aliasque Exercitationes Practicas, inter quas *Tetrabiblion* postremo loco reponebatur . Nihilominus hic hostiles flammastandem eluetatus , adeòque ab aqua & igne , cui meritò erat deuouendus , in columnis factus gratiam aliquam inire cœpit: eò magis, quod noueram iam , *Musitanum*, *Blegny*, *Le Monier*, aliosque de Lue *Venerea* Scriptores rem minùs propriùs , quām crediderā , attigisse. Quo factum, ut Lucubrationibus alijs, quæcunque licet ad manum essent , amotis, ipsum quamuis in Exercitationum Practicarum ordine quartum antē alia in lucem prodire maluerim , & ne demùm longius pressus plus quām Elephanti partum fortassis audiret. Ceterum quid in Exercitatione huiusmodi præstiterimus suprà tot *Pudendagra* Dictatores ipse idem nosces, Lector ingenuè. Mihi certè in ea nil magis cordi fuit , quam ut *Brunoni* satisfacerem sic loquenti : *Vix, ac ne vix quidém adhuc de vera & accurata huius morbi (nempè Gallici) in dole, causis & generatione certos nos esse licet ob indeterminabilem symptomatum in diuersis individuis variatem.* Ea proptér, si parùm á scopo aberrauimus, intentum obtentum est ; sin itá , aliqualē saltim ordinem tot varietatibus nos posuisse gloriabimur. *In sparsa namque & confusa quāvis materia (ait Lipsius) ordinem seruare id Socrates apud Platonem diuini viri censet , ego diuini domi.* Vale

CONSPECTUS

CONSPECTVS

*Eorum, que in Quadripartito
hoc Opere continentur.*

C A P V T P R I M V M

Theoreticum.

P R O L O G V S.

PROPOSITIO 1.

Epurâ Venere etiàm impuram nasci pag. 3.

I	<i>Probatur exemplo proprio</i>	Jbid.
II	<i>Et alieno:</i>	Jb.
III	<i>IItemque ex aliorum Authoritate.</i>	p. 5.
IV	<i>Quaritur, an Fœmina Masculo citius inquietur?</i>	p. 6.

PROPOSITIO 2.

Ab excessu in Coitu Muliebre Puden-

dum primariò infici. p. 7.

I	<i>Quia Mulier est magis libidinosa,</i>	Jb.
II	<i>Et magis pathica</i>	p. 8.
III	<i>Præsertim quod Pudendum;</i>	p. 9.
IV	<i>Et quia magis conspurcatur.</i>	Jb.



*

PRO-

PROPOSITIO 3.

- Succum glandularū Vaginaliū ab insolētiōri Venere lædi ante reliqua Muliebria p. 10.
- I Ob Calorem, pag. 11.
 - II Agitationem Ib.
 - III Diffimilium corporū commixtionē Ib.
 - IV Et quia denique liquida præ solidis magis subiacent fermentationi. p. 12.

PROPOSITIO 4.

Quamobrèm Succus Vaginae præfatus ab intēperantiā in Coitu corrumpatur? Ib.

- I Effectus Caloris immodi, Ib.
- II Nimiæ Agitationis, p. 13.
- III Et Confusionis corporū extraneorū. p. 14.
- IV Corollarium de Natura succi Vaginalis mutati. p. 16.

C A P V T S E C V N D V M

De Pudendagra Muliebre.

INTRODUCTIO.

- I Qualitèr Uaginalis humor corrumpatur. p. 17.
- II Natura corrupti eiusmodi liquoris. p. 18.
- III Eiusdem profunduum; p. 19.
- IV Vnde Gonorrhœa. p. 20.

§. I.

- J Muliebris Gonorrhœæ diuisio in simplicem & compositam. p. 20.

II Sim.

- II Simplex non est à Lacunis, pag. 21.
 III Neque ex Vtero; p. 22.
 IV Sed à Glandulis Uaginalibus su-
 prà memoratis. p. 25.

§. 2.

- I Composita, siue Virulenta unde? Ibid.
 II Et hinc ulcerum ratio p. 27.
 III Et Symptomatum concomitantium. p. 29.
 IV. Eiusmodi morborū cause remotiores p. 35.

§. 3.

- I Fluxuum Muliebrium differentiæ; p. 37.
 II Signa Gonorrhœa diagnostica; p. 39.
 III Signa Prognostica. p. 44.
 IV Prognosis Ulcerum. p. 47.

§. 4.

- I Indicationes curativa Gonorrhœa sim-
 plicis. p. 50.
 II Et Gonorrhœa virulenta. p. 56.
 III Cura accidentium istius morbi. p. 58.
 IV Curatio diatetica. p. 59.

C A P V T T E R T V M
De Mentulagra
P R O L V S I O .

- I Capitis argumentum: p. 60.
 II Observatio Anatomica; p. 61.
 III Usus huius Observationis, p. 62.
 IV Et diuisio presentis capit is. p. 63.

ARTICULVS PRIOR

De Affectibus partium Obscænarum, si-
ue Genitalium Exteriorum in Viris

§. 1.

- | | | |
|-----|--|-----------------|
| I | <i>Morbi extrinsecè Præputio contin-</i> | |
| | <i>gentes ,</i> | <i>Jbid.</i> |
| II | <i>Morbi intrinseci .</i> | <i>pag. 65.</i> |
| III | <i>Labes Fræni , Coronæ & Glandis,</i> | <i>p. 67.</i> |
| IV | <i>Et tandem Scroti</i> | <i>p. 68.</i> |

§. 2.

- | | | |
|-----|--|---------------|
| I | <i>Accidentia Ulcerum in Præputio</i> | |
| | <i>externo ;</i> | <i>p. 69.</i> |
| II | <i>In Præputio interno ;</i> | <i>p. 70.</i> |
| III | <i>Coronæ , & Glandis :</i> | <i>p. 72.</i> |
| IV | <i>Accidentia Verrucarum & Exco-</i> | |
| | <i>riationum .</i> | <i>p. 76.</i> |

§. 3.

- | | | |
|------|------------------------------------|---------------|
| I | <i>Signa causarum distinctiva:</i> | |
| | <i>Prognosis Ulcerum ,</i> | <i>p. 79.</i> |
| II | <i>Verrucarum</i> | <i>p. 85.</i> |
| III. | <i>Et Excoriationum</i> | <i>p. 87.</i> |
| IV | | <i>p. 88.</i> |

§. 4.

- | | | |
|-----|---|----------------|
| I | <i>Curatio Ulcerum ,</i> | |
| | <i>Phymoseos & Paraphymoseos ,</i> | <i>Jb.</i> |
| II | <i>Bullarum Crystallinarum ,</i> | <i>p. 92.</i> |
| III | <i>Verrucarum & Excoriationum ,</i> | <i>p. 99.</i> |
| IV | | <i>p. 100.</i> |



AR-

ARTICULUS POSTERIOR

De interiori Virilitate læsâ

§. 1.

- | | | |
|-----|--|---------|
| I | <i>Obseruatio Anatomica de Lymphæ-
ductibus Penis.</i> | p. 101. |
| II | <i>Sidenhamij Opinio de Sede Gonor-
rhæg Virilis;</i> | p. 104. |
| III | <i>Vera eiusdem sedes,</i> | p. 106. |
| IV | <i>Et processus morbosus</i> | p. 110. |

§. 2.

- | | | |
|-----|--|---------|
| I | <i>AGonorrhæa incōmoda in Prostatis,</i> | p. 112. |
| II | <i>In Vrethra,</i> | p. 115. |
| III | <i>Uesciculis Seminalibus,</i> | p. 122. |
| IV | <i>Testibus & Perinæo.</i> | p. 125. |

§. 3.

- | | | |
|-----|--------------------------------------|---------|
| I | <i>Diagnosis Gonorrhææ simplicis</i> | p. 128. |
| II | <i>Et Virulentæ:</i> | p. 132. |
| III | <i>Prognosis prioris,</i> | p. 134. |
| IV | <i>Vt & posterioris.</i> | p. 135. |

§. 4.

- | | | |
|-----|---|---------|
| I | <i>Cura simplicis Gonorrhææ</i> | p. 136. |
| II | <i>Nec non Complicata, siue inueterata</i> | p. 145. |
| III | <i>Curatio Hypersarcoseos Uenereæ,
seu Caruncula meatus Vrin.</i> | p. 153. |
| IV | <i>Et Hernia Venereæ.</i> | p. 158. |



C A P V T Q V A R T V M

De Morbis Utriusque Sexus, &

De Affectibus Totius, ubi

D E L V E V E N E R E A :

A R T I C V L V S I.

De Pano inguinis.

§. 1.

I	<i>Bubonis nomenclatura</i>	pag. 164.
II	<i>Causa</i>	p. 165.
III	<i>Ortus,</i>	p. 169.
IV	<i>Incrementum</i>	Ibid.

§. 2.

I	<i>Maturatio,</i>	p. 170.
II	<i>Abscessus,</i>	p. 173.
III	<i>Suppuratio & ulcus,</i>	Ib.
IV	<i>Gangrena.</i>	p. 175.

§. 3.

I	<i>Signa Diagnostica</i>	p. 177.
II	<i>Prognosis Bubonis non aperti,</i>	p. 179.
III	<i>Ulcerati,</i>	p. 183.
IV	<i>Gangranosi.</i>	p. 185.

§. 4.

I	<i>Cura Bubonis Venerei benigni;</i>	p. 186.
II	<i>Maligni, siue non suppurantis,</i>	Ib.
III	<i>Aperti</i>	p. 190.
IV	<i>Sphacelati.</i>	p. 191

AR.

A R T I C U L V S 2.

Subsidiarius.

De Morbis Femorum

- I Rhagades & Verruca Coxarum, pag. 193.
II Mulieribus præsertim famuliæres p. 195.
III Ut & alia ad Interfæminium. Ibid.
IV Earundem cura. p. 196.

A R T I C U L V S 3.

De Ani Condylomatis.

§. 1.

- I Inuetiua in Pædicones. p. 197.
II Condylomatum generatio simplex, p. 198.
III Complicata. p. 199.
IV Viri præFæminis sūt huic morbo subiecti Ib

§. 2.

- I Condilomatum numerus, mollities,
rigiditas. p. 200.
II Pruritus, p. 201.
III Inflammatio & Exulceratio, p. 202.
IV Mortificatio & Gangraea. p. 203.

§. 3.

- I Signa diagnostica Simplicium. Ib.
II Nec non malignorum. p. 204.
III Prognostica priorum, p. 205.
IV Ut & Posteriorum Jb.

§. 4.

- J Cura cum ferro & igne p. 206.
IJ Et cum localibus p. 207.

III Itam

III	<i>Tam ad Cristas simplices,</i>	Jb.
IV	<i>Quam ad virulentas</i>	p. 208.

A R D J C U L V S 4

De Lue Venerea

§. 1.

I	<i>Causa morbi remota;</i>	p. 209.
II	<i>Eius diuisio in Legitimum,</i>	p. 210.
III	<i>Spuriam,</i>	p. 211.
IV	<i>Et Hæreditariam.</i>	p. 213.

§. 2.

I	<i>Causa proxima</i>	p. 214.
II	<i>Accidentia Morbi Gallici Legitimi.</i>	p. 217.
III	<i>Accidentia Spurij.</i>	p. 247.
IV	<i>Et Hæreditarij.</i>	p. 251.

§. 3.

I	<i>Natura eiusdem Morbi.</i>	p. 256.
II	<i>Differentia</i>	p. 257.
III	<i>Diagnosis,</i>	p. 260.
IV	<i>Prognosis</i>	p. 270.

§. 4.

I	<i>Cura Luis Uenereæ Legitimæ</i>	p. 176.
II	<i>Curatio Spuriæ,</i>	p. 308.
III	<i>Et Hereditariæ.</i>	p. 309.
IV	<i>Cura Diætætica.</i>	p. 311.

TYPOGRAPHVS LECTORJ
BENEVOLO.

ERratis in hâc prima Editione cùm neque ipse ob ruditatem , neque Author mille curis distractus occurrere potuerit , Tcum erit *Lector Candide* vel ignoscere , vel supplicere , vtro, quem libuerit modum , de vtro- que benemeritus . Vale

IUSSU A. R. P. Lectoris Jo. Caroli Bordini, Uicarij generalis S. Officij Astæ, eiusque Diœcesis, Librum perlegi, cuius Titulus, JACOBI UERCELLONJ PEDEMONTANI Phil. & Med. Doct.; *De Pudendorum Morbis*; cumq; in eo nihil repererim, quod bonos mores, aut Orthodoxam Religionem offendat, Typis permittendum censeo. Dat. Astæ, in Conuentu S. Mariæ Magd. Ord. Præd. die 16. Augusti 1715.

F. Dominicus Antonius Maria De Quinqueuijs, de Medico Lectori Præd.

APPROBATIONES

DE Mandato A. R. P. Jo. Caroli Bordini Uicarij Generalis S. Officij Asten. legi Librum cuius Titulus est JACOBI VERCELLONI PEDEMONTANI Phil. & Med. Doct. *De Pudendorum morbis*, in coque nihil quod ortodoxæ Fidei Principibusque aduersetur inuento Typis committi posse restor. Astæ die 5. Augusti 1715.

Io: Baptista Vulpinus, Asten. Urbis, eiusque Ditionis Pro Archiater, & Serenissimæ Cariniani Celsitudinis Medicus Cubicularius &c.

Attentis Præfatis attestationibus

J M P R I M A T U R

F. Io. Carolus Bordinus Ordinis Prædicat. Vic. Generalis,
Sancti Officij Astæ.

JACOBI



I

J A C O B I
VERCELLONI

P E D E M O N T A N I

P H I L . E T M E D . D o c .

D E

P V D E N D O R V M M O R B I S

T E T R A B J B L I O N

C A P V T P R I M V M

T H E O R E T I C U M

Prologus.



EPOSITIS , exemplo *Syluij* &
aliorum [quotquot res magis,
quám verba curant] quæstioni-
bus proœmialibus quibuscunque,
dicam more meo , breuitér , in-
telligere me i. *Pudendorum* nomine *mem-*
bra quæcunque Veneri inferuiunt , ità scilicet
appellata , quód *libidinis* (ait *Augustin.*) nos *I.15.Ciu.*

A

ma-

2 Caput Primum:

maximè pudeat , siue, vt mavult *Comme-*
nius; quod eadem nominare multòque magis re-
uelare intemeratus vetet *Pudor*. Quo fit, vt
in ijsdem dessignandis diutiús immorari
non libeat. *Quae enim natura occultauit* (inquit
Cicero) *ea omnes*, qui sanà mente sunt, remo-
uent ab oculis ; quarumque partium corporis
usus sunt necessarij, eas neque partes, neque ea-
rum usus suis nominibus appellant: quodque fa-
cere turpe non est, modo occultè, id dicere ob-
scenum est . Quàmuis tamen ab hoc officij
genere dispensandus est Medicus , & cum
officiosissimum ei sit Impudicorum probra ,
meritasque idcircò pœnas manifestare; nobis
proptereà decursu istius Tractatus hęc ipsa
præstituris , & si minūs , quàm pro officio
quid dictum fuerit , hoc ipso in limine ve-
niā præfaturis.

Comprehendere me, iterùm & conse-
quentè ad dicta, sub *Pudendorum Morbis*,
quotquot à *Venere* sunt, coeteris aliundé ge-
nitis, illegitimis, in istorum coetum haud-
quaquam cooptatis . Excludimus pro-
ptereà hinc vitia omnia tūm naturalia
tūm prætèr naturam ab intrinseco princi-
pio [præcisa tamèn sempèr *Venere*) *Puden-*
dis aduenientia, aut à violentiā aliquā ex-
terna

ternà, puta, ex uulnere, casu ab alto &c.
Sed insurgis, *Venerem* innoxiam mali ni-
hil vñquām intentare. Prò responsione sit.

P R O P O S I T I O I.

Ex pura Venere etiām impuram nasci.

PUritatem voco hīc, quē in Uirginum
corporum munditie consistit: quā non
obstante, assero, quōd, si coniuges partibus
Venerem spectantibus abutantur, ex mun-
ditie sordes, ex his earundem partium
labes oriantur. Patet res exemplo: vna
è nostris Virginibus spectatę, & formæ,
& virtutis, etatis anno sextodecimo, viro
pugili trigenario nupsit, à quo velūt ab
equo, & mulo (seruatis seruandis, vt dici-
tur, vtque in *Sacris Paginis* legitur] idest
enormiter agitata, perendino post coniugiū
die inferiùs tota madere, deque fastidioso
mixu querula esse cœpit; negocio cum Præ-
ceptore meo communicato, inuenta est Go-
norrhæâ laborare, quā tamen neuter coniu-
gum ante, neque per Parentes, fuerat affli-
ctatus.

I.
Probatur
exemplo
proprio.

Observa-
tio

Simile aliud affert *de Blegny*, cuius adeò
A 2 & alieno
verba,

verba , prout extant , heic ad ulteriorem
fidem duxi transcribenda . Vne Fille [in- ,
quit] de quatorze a quinze ans estant pour- ,
suiuie par sa mere , qui la vouloit battre , ,
allá se ietter entre les bras d vn des freres ,
d vne certaine Communautè d Ovriers , ,
qui est estabilie dans vn lieù , qu il n'est ,
point necessaire de nommer . Ce frere la ,
conduisit dans sa chambre , & la força : il en ,
fit ensuite confidence à vn autre , qui cou- ,
choit ordinarement avec luy , qui ne man- ,
quá pas de proffitter de l'occasion , & de ,
l'indiquer ancore à vn autre , en sorte , qu' ,
en trois iours , qu'elle y fut , il y en fut six , ,
qui en abusèrent . A la fin , le plus prudent ,
d'entre eux voyant que cette rencontre ,
pouroit amener quelque facheuse suitte , ,
enuoya cette Fille par vne femme , qui ,
feignit de l'auoir trouée dans vne Eglise . ,
Elle fut aussitot enfermée dans vn cabinet , ,
ou personne ne povuoit entrer , que sa me- ,
re ; a qui elle se plaignit six jours apres de ,
ce qu'elle souffroit des tres grandes dou- ,
leurs en vrinant . Elle fut dabord visitée ,
par vn Chirurgien , qui asseurà , qu'elle ,
auoit vne Chaudepisse venerienne . On ,
negligeà de la penser , parce qu'elle soutint ,
que

que celà n' etoit pas véritable; & douze ,
iours après il luy vint vn bubon dans l',
aine droite . Comme ce nouvel accident ,
acheuá de conuaincre sa mere , elle fut con-,
trainte de declarer tout ce, qui s'estoit passé ,
pendant sa fuite . Les freres furent visitez ,
par ordonnance de justice . On les trouvà ,
tous sains & netz ; & celui , qui m'a fait ,
part de cette histoire m'a assévré, qu'il les a ,
toujours frequentez depuis familiерement ,
sans auoir rien vu paroître d'eux : quoy ,
qu'il y ait Environ deuze ans , que la cho-,
se soit arriueè .

Quamobrèm in nostras partes venire non
dubitarunt cum alij plurimi , tūm imprimis
D. Ucay, cuius textus itá habet : On scait ,
que si vne fille parfaitement saine & pucel-,
le , si on veut , afin qu' il' n' y ait pas au-,
cun supçon de mal venerien , se meloit ,
parmi vne demi-douzaine de garçons aussi ,
sains , qu' elle , & se debauchoit tour a ,
tour avec eux , ou les vns , ov les autres aurient
bien tot la verole , & tous ensemble la con-,
tracteroient enfin par la repetition des ,
actes veneriens . On a que trop d'exem-,
ples [subdit paulo inferius] de ces verites ,
& on ne scait que trop de malheurs , qui ,
font

IJJ.
Itemque
ex aliorū
Authorē
consensu

sont arriuez an debauches de cette ren-,
contre. On lit plusieurs de ces histoires dans ,
les liures, & les personnes raisonables ne ,
doutent plus, que la verole ne se produisse ,
de cette façon . Sic Indi non ob esum ani-
malculi Inquanas , vt *Recentior* quidam
somniauit, neque ob anthropophagiam, Sy-
derum influxum aliasque , quotquot com-
menti hactenùs sunt ludiones Pudendagro-
graphi ; verùm ob illam causam , quòd ni-
mirùm, effrænis luxuriæ sint , veluti pro ver-
naculo habent *Pudendis* laborare . Sed audia-
mus nunc demùm adhuc *D. de Saint-Ro-*
main : qui croiroit en effet [sunt eius verba] ,
que le seul vsage immoderè de Venus fut ,
capable de doner la Verole ? il n'ya pourtant ,
rien de plus certain : & nous pourions rap- ,
porter icy l'experience de plusieurs person- ,
nes , a qui ce malheur est arriué , s'il estoit ,
permis en cette matiere , comme en plu- ,
sieurs autres de nommer les gents par leurs ,
noms , ce que nous ne faisons pas icy pour ,
espargner leur honneur .

JV.
An fœmi-
na citius
Masculo
inquine-
tur ?

Cùm itaque in plano iàm Thesis nostra
versetur , venit inquirendum mas - ne , an
fœmina citius ab assiduis eiusmodi exercitijs
fædetur . Dubium nàmque mouet , quòd ,
dum

dum hæc scriberem, venit ad me quidam
novus maritus benè humeratus, neruosus,
retulitque uti octiduo post, quam nuptias
celebrasset cum virgine alioqui pudicæ, pro-
bis parentibus & satis honesto loco natà
gonorrhæam contraxerat, qua tūm magnop-
eré affligebatur, ob id solūm, quod per
id tempus ab appetito cuncubitu nunquam
se temperare valuerit. Verūm, vt casus iste
rarus est, censeoque ortum à latente aliquo
seminio [quidquid contrà vir idem recla-
maret] & quod tūm fortè, dato impetu, fue-
rit suscitatum, ità superiores creberrimos,
& constantissimos habeo, siue tales, vt ba-
seos loco esse possint dicendis infrà, inter quæ
incipit.

Observa-
tio.

PROPOSITION II.

*Ab excessu in Coitu Muliebre Pudendum
primarió infici.*

NAM, si *Lasciuiam* consideres, invenias
in eo Sexu parentem Otivm, inuenias
Mollitiem, Intolerantiam, Infidelitatem,
Auaritiam, Suasibilitatem & sexcenta alia
itā, vt nihil desit ad illius nutricationem
è con-

I.
Quia ma-
lier est
magis li-
bidinosa,

è contra in Uiris Labor , Prudentia , Gloria
omnes eiusmodi stimulos aueruncant ;

^{II.}
~~Et magis~~
pathica .

Si verò libidinandi patientiam : videoas Se-
miramidem , anum pessumam hircissantem
non solūm admittere , ast etiām provocare
plerosque è suis militibus , qui formà essent
elegantiore ; filij quòque & equi congressum
appetere &c. testantibus id *Diodoro* , *Trogo* ,
Plinio & alijs plurimis : videoas Messalinam ,
illam indomitæ libidinis catulam , ex *Suetonio* ,
eligere præstantissimam ex prostitutis
ancillis mercenariæ stipis , eamque die ac no-
cte superare quinto ac vicesimo concubi tu ;
videoas Cleopatram , quæ sub vnâ nocte sum-
pto cucullo in lupanari prostribulo centū &
sex virorum amplexus pertulerit : videoas
quid , inquam , videoas ? nonnè prostant pa-
lām , vbiique & diù nouæ semper Laides , ad
quas ciues turmatim conuolant , nouæ Thai-
des ivuentutem corruptentes , nouæ Cœliæ
de quibus *Martialis* ;

Das Catis , das Germanis , das Celia Dacis ,
Nec Cilicum spernis , Cappadocumq; toros :
Et tibi de Pharia Memphiticus urbe fututor
Nauigat , è rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudeorum &c. :
cum his igitur etiamsi Commodos , Gor-
dianos ,

dianos, Proculos, aliosque notissimæ lasciuæ viros conferas; tantum abest, quin superatas censeas, ut iij vel à vili qualibet mere tricula rideantur. Et de facto, si Mas, dūm in micronepilepsiam, *Hippocratis* verbo, siue in parvum illum morbum comitialem incidit, tantam sui iacturam facit, ut *Vergines*, *Tabes*, *Fatuitates* [quarum non ignarus testis sum] aliquando patiatur, quid est amabò, quod suprà fœmininam libidinem præsumat?

Verùm neque hīc profectò sistitur omnino, mulierum maior in se conspurcando facilis; consistit vel maximè in eo, quòd in Coitu plura patiuntur, quàm viri. Etenim in eo actu *Exterius Vteri Ostium* comprimitur; *Alæ* extenduntur, nonnunquam etiā diuelluntur: *Clitoris* vnà cum inhærente, smorchià conquassatur; *Rugæ* tandem *Vaginales* annexæque partes ampliantur, locomouentur, agitantur: è conuerso *virile mem brum* nihil tale perfert, nisi, ad summum, quòd ad *Frænum Glandis*, vt si mulier fuerit *Atreta*.

Prætereá mulier partes sui Sexus discriminatiuas habet omni inluuie deformes, latinas iccircò, aut, cum *Scaligero*, recessus

B.

Cloa-

IIJ.
præstern
quòd Pu-
dendum:

IV.
& quia
magis cō
spurca-
tur.

Cloacarum appellatas. Fluunt quippe exinde, praeter lotium, menstrua diuersi generis, Saliua *Lacunarum*, vnde *Vaginalis*; que porro vel retenta innumeros pariunt morbos, ut cunque verò electa ipsi *Pudendo* noxia esse non desinunt, ut si per se, vel [quod crebrius contingit] ex intemperanti coitu fuerint alterata. Tunge demum, quod *Pudoris* ille sinus quasi sordium sibi non sit satis, *Priapi* amurcam auerrit in eo lusu, marisque semen recipit, istò interim, nempè *Priapo*, nil, nisi humorum *Vaginalem* lambente. Quae cum ita sint, liquet Muliebre *Pudendum* praे Virili subiectum esse *Venereis* affectionibus, principemque istarum sedem in priori potius, quam posteriori quærendam esse. Vnde adeò emergit.

PROPOSITO III.

Succum Glandularum Vaginalium ab insolentiori Venere ladi antè reliqua Muliebria.

PAtet Assertū. Quò námque actio coitus tota collimat, indè, & ipsius effectus sequantur necessum est: ut verò eadem actio in *Vaginam* omnino refunditur, sic etiam illius

illius malitia, in hanc, indè est attendenda. Probatur anterior pars consequent. Nàm *Venerea* actio in *Calore*, *Agitatione* diuer-
forum corporum *Commixtione* consistit: Et *Calor* quidém vtut toti corpori per id
tempus communis sit, potissimum tamen
Vaginam vrit [vt nempé & vulgo usitatum
sermonem usurpem, qui in Ippomaneas,
hoc est libidinosas, iactatur,) cùm nimirùm
sanguis, impellente animo, tunc solito magis
illam suffundat, eique calori adiungatur al-
ter ex *Priapo* itèm in tali oëstro valdoperè
feruescente: similitèr neque *Agitatio* aliud,
quàm *Scaphium* (*Satyrici* appellatione)
respicit, instante ibidem imprimis *Glan-*
de Penis, quæ illius *Rugas* principaliter
obtrectat; ac denique *Commixtio* corporum
extraneorum: cùm hæc in eo loco tota per-
ficiatur, nec tantùm quoad *Organa*, quàm
quoad *Inorganica*. Quippè dicere, quòd se-
men in Vterum injiciatur Coitus tempore,
vanum est [vti scilicet ex *Dissertatione* no-
strà *Anatomico-Medica* quarta de *Conceptione*
muliebri in Vtero fiet palam.] Remanet igitùr,
vt concludamus, quemadmodùm actio *Ve-*
nerea omnis, seú quòd singula sua constitu-
tiua, *Vaginam* intendit, sic & passionem

Ob Calo-
rem 1.

Agitatio-
nem 2.

Ob diffi-
milium
corporū
Comixtio-
nem vagi-
nam pre-
cipue af-
fligente.

quamlibet *Venereum* isti indè obuenire; & rursùs, quandoquidem intè *Vaginalia* nihil æquè obnoxium est dictis causis, atque succus *Glandularum* eiusdem *Vagine*, & præser-tim, quiá fluida solidis citius alterari con-sueuerunt, proptereá humorem hunc præ-coeteris mox indicatis partibus *Venerea* cor-ruptioni subiacere. Iamque adeó modum rationemque huiusmodi alterationis de-monstrabit.

PROPOSITION IV.

Quamobrèm Succus Vaginæ præfatus ab In-temperantiâ in Coitu corrumpatur?

de Ferm-ent. C. 7. J. Effectus Caloris immodi-ci, **L**EX Chymicorum est inconcussa [quam etiam *Willisius* docet] pleraque fluida alterari, corrumpi, mutari in alia *Calore immodico*, nimiā *Agitatione* & corpore ex-traneo & non miscibili ipsis *confuso*: pror-sūm, quasi Chemiam Thesi nostræ videas prolusisse. Et, quod *Calorem*: *Vina tenuvia* [exemplum est præfati Authoris] aut *cere-nisia generosior doljs inclusa*, tempore aestiuo ra-dijs *solaribus* exponuntur, aut etiā, *bruma-vigente*, propè *hypocaustum* in loco calido deti-

nen-

Et ^{4..} quia
liquida
solidis
magis su-
biacent
fermen-
tationi.

nentur: hoc modo dum spiritus nonnulli euaprant, reliquis sub iugum missis partes salinae exaltantur & acore suo totam liquoris massam inficiunt; nec tantum vina diutius seruata, aut cereuisia inueterascens, à quibus spiritus sua sponte exierunt, sed recens mustum, at cereuisia nouella hoc modo in acetum transeunt. A pari ergò *Vaginalis* humor postquam importuna libidine excalefactus volatiles partes amiserit, quid est, quod, remanentibus in eo duntaxat fixis, ijsdemque loco-motis atque subuersis, in acidum non degeneret? Aduersti non raro in nouis nuptis recrementum illud ex lasciuia sic efferbuisse, vt internum *Præputium* excoriarit, *Glandem* eiusque *Coronam* rhagadibus edolarit: quæ propterea isti monstratum veniebant dolore percussi; nec *Vulva* arctitudinem incusabant, quam non erant experti ex feroore in coitu percepto sibi talia inaugurantes.

Quod Agitationem; in comperto est vel ligna, vtcunque etiam dura torno circumacta odorem (notante Nob: *Greuu*) emittere, & quæ antè erant inodora; poma, & Vegetabilium folia digitis attrita fortius olere: ipsa denique *Verenda* in Virginibus minùs sordescere, quam in foeminis iam à longo

obscur.

IJ.
Nimis
Agitatio-
nus

tempore subagitatis . Efficit namque hic Afflictus , vt *Glandulae Vaginales* (quemadmodum aliàs etiám *Cutaneæ*) liberiùs perspirent , saliaque in ijs contenta citius in actum exerantur . quapropter earundem succus paulo petulantius conquassatus , vt oui albumen spumescere , euaporare , solito magis excandescere debet .

JII.
& confus-
fionis cor-
porum
extraeo-
rum.

Postremò , quod attinet extraneorum corporum , nec miscibilium , idest fermentorum , *Confusionem* ; huius encheiresis , aut in alterandis liquidis energia , nedum in Spagyricis , & Pharmaceuticis in ipsis etiám *Vinarijs* & *cereuisarijs* operationibus elucet . An autém masculinum præcipue semen se habeat ad dictū *Vaginae* humorem tanquam menstruum quoddam , aut fermentum , nulli dubium esse potest , qui aduertat ab eodem semine ipsum etiám muliebrem sanguinem alterari , vt videre est in imprægnatione ; & præterea ex eo , quod fæminę quotquot pluribus sui corporis copiam faciunt (Spadones itēm & Eunuchi) languide prostant , non arrogant , fiunt desides corpore debilitato , rancidæ axungię nidorem exhalant &c . Quæ cum ita sint , si complures idcirco eiusmodi *commixtionum* perferat præfatus

fatus humor , considera qualis eiusdenī sit futura mutatio , eius , inquam , succi , qui prior sanguine iroratur abs tali menstruo , quique isti immediatè nubit . oppones fortasse , non posse commisceri semen cum succo in *glandulis* stabulante . Ad quod resp . 1 . quod , cùm hic *Vaginae* inseruiat lubricationi , vt proindé assiduò stagnat in idem vas , sic ibidèm cum semine confunditur coitus tempore , confusus autém quandòque absimitur à venosis ductibus , inque eiusdem *Vaginae* substantiam vltimò adsportatur 2 . trās uolare nihilominùs semper salia seminis volatilia in dictas *glandulas* ibique nubere eidem succo : id profectō , quod sufficit ad istius alterationem . Replicabis iam suprà obiecta , eiaculari nimirum Virile sperma non in *Vaginam* , sed in Vterum . Ad quod tamen & ibidem responsum est , huius assertionis falsitatem tam clarè abs me *alibi* , Deo dante , ostensum iri , vt non dubitem , quin vel obstinatissimus quisque opinioni meæ valeat acquiescere ; & præterea illuc licet injiciatur semen , secùs ab imprægnatione tamen , nunquam retinetur : quamobrèm , dūm à fœmina reiicitur *Vaginamque* præterlabitur , vltrò istius colliquijs valet inhérere . Summa

igi-


Differ.
Anat.
q. citat.

igitùr Masculinum semen habere rationem menstrui respectu succi *Vaginalis*, eique hunc in coitú vtcúnque commisceri.

IV.
Corolla-
rium de
Natura
Succi *Va-
ginalis*
mūtati,

Sed hāud satis est diuisim expendisse al-latas Causas; contemplandæ veniunt etiàm coniunctim: considera verò, cùm vnaquęque earum per se muccum *Vaginalem* temerare valeat, quid non ausurę sint vnitim, & cùm in actum incessantèr fuerint exertæ? dices equidèm saliuam *Vaginae* præcitatam indè oppidò corruptum iri. Supereft nunc porrò exploremus quæ natura sit corrupti huiusmodi liquoris. Pro quo libet aduerere, quòd, vt in Cane saliuia vitiata [vndè Rabies, & Hydrophobia] omnium calculo est acido-fi-xa, sic in muliere catuliente sputum *Vagina-le* (Neque enim alitèr, quām Caninę linguę assimilari solet *Vagina* tūm quoad *Rugastūm* quoàd *Glandulas*.) Adde his modó vitium commune lymphæ [quæ matrix eius est;] annè porrò, quemadmodūm hoc in aciditate consistit, sic, & labes *Vaginalis* fluidi? Lymphæ autèm acor ex eo dependet, quòd oleosa est, seú chyli portio butyrosa, digesta ac diu elaborata: quam adeò si inficieris abi-re posse in succum *Vaginam* oblinientem, nil moror; erit hic saltim portio eiusdem chyli

chyli serosa , ac proptereà faciliùs acescere apta nata . Coeterum fixitas ob amissas in fermentatione vel , si mauis , in efferuescentia magis volatiles particulas , eidem fluori corrupto tribui debet . Quo posito pergo ad



CAPUT SECUNDVM DE PVDENDAGRA MVLIEBRI JNTRODVCTIO.

VAGINÆ Succum sic , vti nouimus , excalfactum , agitatum , fermentatiuis salibus imbutum naturalem suarum partium dispositionem seruare posse quis credat ? Vetat hoc certé cum motus ratio , tūm fermenti , vt quæ non aliter constat , quām si mixti , in quod agit , glebam aliquam è serie depellat . Quamobrèm particularum eiusmodi columnis incessuque interturbatis , vti consuetus æthereæ materiæ fluxus per easdem inhibetur , ità ipsæ met inordinate agantur necessum est : hoc facto lymphatica filamenta turgescunt , attollūtur , inflantur sic , vt *glandulas*

L.
euālitèr
vaginalis
humor
corrumpatur.

dula etiām , vbi hospitantur , in manifestos acinos adolescent. Uidi sepiùs , & mecum plures alij meminerunt , in catellis intensiori coitu lacesitis *Glandulas* illas *Vaginales* mole auctas , à quibus albidus iustoque crassior liquor emergebat. Ex alià parte salinæ moleculæ in eo motu , inque illà ætheris excandescentià vicissim concitantur , aliæ in alias feruntur , luctantur , digladiantur donèc integrantibus exsolutis essentiales veluti acuate in alias abeunt diuersamque à priori faciem inducunt . quippé post longam fermentationem facta vicissatim multiplici præcipitatione eadem ab integrantibus diuersimodè excipientur opus est.

IJ.
Natura
corrupti
eiusmodi
liquoris.

Qualis autèm fuerit hæc noua salium sic vñitorum configuratio mihi liquidò nunquam constitit. Exploraui sanè linteal humore sic corrupto recèns madefacta , atque ex microscopio comperi in eo crystallos quasdam prismaticas vtrinque acuminatas assimilari quasi manipulis spiculorum , que ferrę in modum fuerint fastigiata ; sed quòd aliæ innumeræ speciei differentis ibidem pariter lustrarentur , in apricum res minimè deduci potuit . Licet nihilominùs connectare , quandoquidèm præfatus humor in statu

Observa-
tio.

in statu naturali subsalsus , ac saliuæ similiis obseruatur [vndé etiām Saliua *Vaginae* audit Anatomicis] in præternaturali idcirco austерum esse , siuè acrem : quemadmodùm nempè in Canibus rabie percitis [quorum etiām Glandulæ ac rugæ Linguaes equi-parari solent *Glandulis rugisque Vaginalibus*) saliuæ exasperata. Atque hæc rursùm acrimonia enitet vel maximè ex eo , quòd in dicta efferuescentia foras despumatus talis humor in exitu suo è *Glandulis* trucidet istarum poros, sicque sphincteribus ablatis spōte deinceps ac perpetuō elabatur. Videntur itáqué prædicta salia acido-fixa , siuē acria, vt nimirūm sacchari acor volatilis ac balsamicus per destilationem euadit corrosivus.

Cœterò , quod profluuium illud spectat; nemo in dubium reuocare debet , quin *Vaginales glandulae* eidem sufficiendo sint capaces . Nàm & ne fidem propriam inuocem facit autopsia . Reperiuntur [inquit Verheyen) per totum *Vagine ductū* multi pori , seù meatus exigui : plures tamen ac maiores in parte eius inferiori circa exitum meatus urinarij : ex quis continuo , saltē etate vegetis emanat ea materia sero-pituitosa copia , qua ad partes illas humectandas sufficit . In Ueneris actu , ac se-

III.
Eiusdem
proflv-
uium;

pè etiām in solis libidinōsis affectibus extra Pudenda profuit, ac passim pro muliebri semine haberī solet; at perperam: siquidem verum semen non foras, neque , ex inferiori Vagine parte erumperet; sed vel ex Superiori, vel ex Vteri lateribus aliāue parte interiori in cavitatem correspondentē prosliret. Cùm igitūr fluor ille iugitēr deriuetur in dictum canalem, quid mirum , si disruptis aggeribus eodem posteā exundet?

IV.
Vnde Co-
venerant.

Iámque huiusce inundationis nomine Gonorrhœha venit salutanda , ille, inquam, morbus, qui primus omnium Pudenda occupat Mulieribus ex nimiā Venere primariō datus; estque , Brunone Authore , Præternaturalis, inuoluntaria, & intempestiva materia cuiusdam recrementitia, & corrupta excretio è Vagina.

§. I.

QVÆ quidem materia quandiū è solis toutes citatis glandulis prouenit, meo quidem iudicio, Simplex venit appellanda ; alterè verò, si etiām ex alijs partibus . Notum est enim sterni Vagina à parte eiusdem superiori atque intrà ipsius substantiam vrinæ ductum, Urethrę nomine: hæc autém Urethra obducitur exteriús substantiá quādam: albi-

albicante partim glandulosa, partim membranosa, ex quā procedunt quidam meatus, qui inferiūs in principium *Vrethræ* & anticam *Vaginae* partem desinunt, ac loca vicina humore sero-pituitoso irrigant. Cūm itaqe istud corpus (*Lacunae* à plerisque vocatæ) sit nimis vicinum dictis *glandulis*, sequitur, vt nullo negocio contracta tabe (idest ethrogeneis valdè fermentabilibus miasmatis) ipsius humor pariter in fermentationem irrumpat: quā mediante corrosivus factus auulis foribus laceratique ostijs demūnatur extrinsecus vna cum illo, nempē succo *glandularum*, inuoluntariò descendat, vtque Gonorrhœam constituat illam, quam Compositam, plerique Virulentam nominare malunt; sed dic vt vis: mihi satis est in hoc menitem meam aperuisse.

Illud autem minimè tolerandum, quod nonnulli, int̄ quos *Amatus Bourdon*, spectatis fortè eiusmodi *Lacunis*, quæ in foemina, dūm viueret, gonorrhœam passà paulo intensius liuescebant, palam prædicant, stillicidium istud ibi adeò primitus eformari. Nām, quod tale spectaculū; vidi ego pluriés in eiusmodi Cadaueribus non tam *Lacunas*, quām totam ipsius *Vaginae* substantiam, quę

J. Simplex
non si in
Lacunis

obseruant.

exrernè vt plurimùm adiposa est , adeòque & cellulosa , ad eum modum suggillatam , quin imò & nigram penitus & putrescentem . quorsum autem dixisse propterea Gonorrhœam primitus processisse ? Ut verò me in mea opinione confirmarem faciebant vlcera , quæ duntaxat interiorem partē , intatris reliquis , excauabant . hinc etenim intellegbam Gonorrhœam , quæ ansam præbuerat dictis vlceribus , in hac imprimis parte stabulasse . & præterea nonnè patet *Vaginales glandulas* , vtpotè magis obn oxias coitùs affectionibus , præ *Lacunis* ab eodē esse diuexandas ?

JII.
nequc in
Utero

Minus adhuc tamen audiendi sunt *Architri Monspellienses* (saltém , à quibus hoc accepi) aut quotquot *Minadoi* vestigijs inhērendo muliebrem Gonorrhœam ab Utero deriuāt . Aiunt námque in hoc congesta diuersorum seminum salia ob ingenitam loci ascititiamque oestri foeminei caliditatem fermentare , in exigua spicula conteri , sulphureis flocis vinciri , ac denique abire in succum aquæ stigiæ similem : qui modó succus Vterinis glandulis affixus ipsarum emifaria obstruat , inflet , extendat adeò , vt manantem circum illas sanguinem sistat . Addūt exinde residem hunc sanguinem ob consensum

sum, quem habet cum semine proximè fermentante, alterari prorsùm, in saniem conuerti aptam, quæ matricis glandulas erodat, ac patrato vlcere Gonorrhœam suppeditet. Hoc, inquam, aut simili ratiocinio plurimi inducuntur, vt credant Gonorrhœam ab Vtero proficisci; verùm hallucinantur cùm in alijs plurimis, tūm in eo præsertim, quòd existiment semen in Vterum emitti immemores fortassè, quod ex *Haruae* aliorumque in id experimentis compertum habent. Sed de his *alibi*, sufficiatque impræsens compromissariam exhibeam Lectori candido fidem meam, ipsum acu, vt aiunt, attacturum falsitatem opinionis de seminis in Vterum iniectione: interim veró aliam de Gonorrhœ generatione huic basi superstructam nutare penitus ac labascere. Sed concedamus nihilominus vtcunque eiaculari liberaliter sperma etiám bis mille Admissariorū vel ad-usq; Matricis imum, quid est nihilominus quod ab istius spiraculis non absorbeatur, ac libidinis incendio non deuoretur? Persæp̄ memini admotā igni geniturā è vestigio exaruisse, residuā tantum remanente notā ceū limacis reptantis: quam ego crustulā etsi frequentē imaginer in fœminā virofa, nunquā tamen

*Difert. 4.
citat.*

tamèn excogitabo parem , quæ cum Uterinâ serositate fermentet . Caret enim fermentatio principio , nimirùm sale , atque eatenus caret ipso , quatinus Salia seminis volatilitate tam exquisitâ pollent , vt in ipso fermè Vteri limine dissipentur . Ulterius ; credimus Minadoum [loquar cum Musitano] parum versatum fuisse in Veneris palestra . nám mulieres meritorie post coitum semen non retinet , sed inde sponte labitur , cum lubricam & sine rugis hanc habeant partem : si quandoque ilud retineri accidat , vel post aliquod tempus reiectunt , si non , concipiunt , & uteri os ita clauditur , ut specilli aciem non admittat , vel ita statim se comprimunt , vt illud reiectant &c . Prætereà Gonorrhœā in Vtero fieri à suppurante vlcere perperam auditur à Practicis , quibus exploratum est mulieres matricis vlcere laborantes guttatum micturire , febriculâ corripi ac tabe secus ac Gonorrhœam patientes . & rursus , nonné scorta quantumuis sordida effoetescunt , & suâ quæque lunâ fruuntur ; quorum minimè participarent , si vtero esset affecta ? Mitto , non tangam inconsideratam illam hypothesim , quæ de loco generationis curam tantum agere videtur , de loco lasciviae nihil sollicita .

Sum-

Summa itaque primariam muliebris Gonorrhœæ sedem esse in *glandulis Vaginalibus* secundariam in *Lacunis*: siue, quod idem est, illinc Simplicem, hinc haberi Compositam: tertio autem loco Virulenta est, ut quæ utrinque prouenit, ac præcipue è *glandulis*, quemadmodum breuibus ostendemus infra.

J.V.
Sed in
Glandulis
supra me
moratis.

§. 2.

ETENIM abscissis fibris, quæ supradictarū *glandularum* ostia constringunt, Sphincteres idcirco vocitatae, sicuti trucidantur etiam vascula, quæ tales partes irorant, ita sero, limpha, nec non reliqua demum sanguinis massâ inde subtracta & fermentata, oritur pus, quod illvuiem illam adauget, proque maiore sui redundatia Gonorrhœam reddit quotidiè magis Virulentam. Jamque tantum erosioni illi tribuit *Broen*, ut vel omnem muliebris Gonnorrhœæ causam eidem adscripserit. *Existimamus* [inquit] quod coitu immodico (nota quam benè heic proluerit Theoriæ nostræ Author clarissimus) nimisque frequenti fibrilla vasculaque tenella Vaginæ fuerint attrita nimis. Et rupta ita ut humores in vicinia stagando acredinem notabilem

J.
Virulen-
ta vnde.

in notis ad
Henr. Reg
Medicat.
43.

D susce-

suscepint; ast falsò. siquidèm constat tales fibras neque à validis distentionibus, vt in partu, vlo pacto diuidi: benè autèm aut *exteriorius Vagina orificium*, aut *Nimphas*, vti nem pè harum alteranı vna cum Sphinctere Ves sicæ [cuiusmodi obseruationem habet etiám *Salmuth*] nupèr in Nob. Comitissa ab exclusione fœtus mortui amputatam vidi. Sanè quidèm [rescripserat sic ad me quidam magni nominis vir, cum quo dudùm de hac re verba feceram] si eæ fibræ tám tenelle essent, vt à *Broenio* existimantur, Uirginibus in primâ accessione, præsertim queis acerbior ætas florem virgineum nundùm aperuit, talis fibrarum disruptio, & per consequens illa humorum acredo inferenda esset, non Veteratricibus fouea, seù *nauiculari cavitate* amplissima patescentibus. Ex alia parte cogita [inquit *de Blegni*] an disruptæ aliquot fibræ tantam humoris extrauasati copiam sufficiuntur? id profectó, quod monere debet etiàm *Musitanum* afferentein tale stillicidium ab vlcere in *Vagina* ab externo aliquo principio (puta aeris inclementiam) exorto procedere: perindè quasi iàm eorum esset oblitus, quæ non ità pridē iecerat in

Leo.

Leonicenum, Massam, Fracastorium eorumque asseclas. Quid enim? cùm dissidenteum duxerit Luem *Venereum* ab Aere, aut Syderibus ortum contrahere, muliebrem *Gonnorrhēam*, quæ eiusdem Luis proxima causa esse consueuit, autumabit posteà indè procedere!

Sed relinquamus huiusmodi epiphillida hominibus otiosis, & iam illius ulceris naturam inuestigemus. Certum est autem, ruptis sphincteribus *glandularum* factoque viru, sicuti vicinæ fibræ sensim eroduntur, ita inflammatione parta *Vaginam* indè exulcerandam esse. Verum hæc pars quoniām officio vacua refert formam flaccidi cuiusdam Intestini. sic, ut latera eiusdem concidere soleant, non ubique adeò ulceribus obnoxia est: sed ad fornicem atque ad latera Rhagadibus tantum: quatinus scilicet pus morari ibidem, sibique cuniculos facere prohibatum serpendo protinus, quasi lambendo, *Vaginales* fibras duntaxat deglabrare valet oblongasque illas excoriatiunculas exarare, que minus propriæ Rhagades vocitantur, quamvis decursu temporis suffosso tramite fiant interdum veræ fissuræ: ad imum verò, id est ad partem inferiorem plerumque etiām

IJ.
Ulcerum
ratio.

vlceribus ; quandoquidem ibi stagnat fani-
 nies & quasi lacunatur : que res est , vt altè
 admodum impactis in ipsius *Vaginae* substam-
 tiam corrosiuis salibus phlogoses excitentur
 atque vlcera , etiàm quocunque titulo peiora
 Phagedenica nimirùm , Disepulotica , Ca-
 riosa , Chironia , Cancrosa , Thelephia , mali-
 gna . Vidi ego complura , à quibus dicta *Vaginae*
 pars atque Intestinum Rectum erant arosa ,
 Anticà tunc Postici vices supplente , quæque
 vna simul dehiscebant , & vicissabunt , nempè
 & ne fœcibus careret , quæ sentina iàm eu-
 ferat omnium impuritatum . Quòd reliquas
 dimensiones ; raro latescvnt talia vlcera , ple-
 rūmque in longitudinem extenduntur . Siqui-
 dém pus ad humillimam canalis partem pro-
 uolutum hāud expatiari , ast foras exire pro-
 perat , dūmque adeò abit , quà præterlabitur
 acrimoniæ suæ vestigia linquit . Ex aduerso
 autem labellis iuxta latitudinem duriusculis
 obsepiuntur eadem , nempè vlcera , inquan-
 tum quòd orbicularis ac nerueæ *Vaginae* fi-
 bræ disruptæ ac contractæ terminos nancif-
 cuntur crassiusculos , velut in capitula reda-
 ctos : quorum adeò ratione succi nutritij
 vijs angustatis coementantur ibidem , inque
 duras margines occallescūt . Tametsi ad hunc

cal-

callum facit vel maximè puris contagium
ut potè ex quo dictum cambium , siuè nutritia lympha, circumfluens necessariò fixatur.
Atque hæc quidèm sanies vel serosa est, vel
spissa , alba , flaua , lurida , liuida &c. prout
glandulosa *Vagina* substantia profundius ex-
cauatur , ipsumque pus magis , minùsue fer-
mentauit , aut à sanguine processit iam vi-
rulentis salibus inquinato . Quippè eadēm
Vagina superficialiter tantum depastà , sicut
ti nonnisi extrema arteriarum ac vasorum
lymphaticorum capillaria dehiscunt, è qui-
bus mòx serum duntaxat salit & lympha ;
itá , quæ indè emergit macies serosa pariter
ac fluida esse debet : è conuerso , ductibus
sanguiferis abruptis . quandoquidèm adiun-
ctis purpureis globulis simûlque fermentatis,
ulcerosæ sordes aliter , atque anteà , lucem
reflexuræ sunt , siuè ita ut flauedinem
representent , aut viorem , liuoremue , &
si sanguis fuerit labefactatus . Quæ causæ
sunt , cùr Gonorrhæa alba , flaua , viridis
ac postremò etiàm liuida appareat ; item ut
inolida in principio , processu temporis val-
dè foeteat , quùm nimirùm sanguinis ac sani-
ei in ulceribus fermentatio augetur .

Hactenùs de *Vaginalibus* : superfūt alia La-

Gonor-
rhœa Vi-
ralente.

cunarum, quæ vlcera instantūm fiunt, in-
quantūm quòd perbreue est iter ab illis ad
has *glandulas*; quo fit, vt virulentis cor-
pusculis exindè hūc permigrantibus fermenta-
tio cum nouo istarum succo [vndé alterà
Gonorrhœa causa] sequatur, vt nouimus.
Iamque adeò hæc fermentatio, quoniām
vel omnia interturbando sanguinis fluxum
inhibet, vel acrimoniosa spicula inuehendo
eiusdem vasa cariat, inflammationes gignit:
quæ in absessum versæ ac suppurantes Go-
norrhœam primò reddunt [vt *Vaginalis præ-
fata*] multiformem, idest albam, flauam, vi-
ridem, liuidam &c: ac consistentię pariter non
absimilis: mòx verò effluuijs vicino adipi cō-
municatis, vlcera infligunt; quę fistulosa esse
consueuerunt præcipue versus *Pubem*, vbi
maior eiusdem pinguedinis copia obserua-
tur. Nám, cum cellulosa sit istius substan-
tia, velut spongia, illa effluvia facilē imbabit,
ac saturata cutem ipsam superiectā corrumpit.
Aduerti ego multoties vlcera hæc ad
Veneris Montem aperta, & per quę lotium
emittebatur præcipue quotiès mulier prona
decumberet: itèm alia, per quę etiām stan-
ti; cùm nimirūm vel hypersarcosi: teneretur
Vrethra, vel ipsa hæc inflammatis *lacunis*
veluti

Obseru.

veluti strangularetur. Huius autem phœnomeni ratio patuit aliquando demum ex ipsa cadauerum sectione. In his etenim *Lacunæ* valdoperè nigricabant, Vrethra ad latus perforata erat, adeps consumptus ac flauë scens. Denique inflammationes illæ quatenus muccum abliguriunt, à quo Vrethra interius oblinitur ita nempè, vt caua istius superficies penè nuda remaneat, fit quod vrina posteà intèr excedendum eandem vellicet, ac lixiuiosis suis tunc etiam per vicinam fermentationem agitatis, seu exaltatis salibus torreat, affectumque inducat illum qui, Gallis *Chaudé pisse*, Nostris etiam *Pissa-cauda* vocatur. Pretereà, saliuia *Lacunarum* existente acre, *Clitoris*, *Nymphæ* totumque exterius Vteri orificium vtpotè ab eiusdem salibus iugiter irritata nō tam prurire, quam crispati fibris, adeòq; sanguinis intercepto ac retardato cursu inflammari debent. No-
ui ego Scorta, quibus eę partes sic aliquando intumuerant, vt viros admittere amplius non valerent: retulerunt alia se ex eo tumore perinde passa in eo actu, ac si Uirgunculæ fuisserent in primo ætatis flore constitutæ. Rursus post pruritum [verba sunt Ettmulleri] ex simili causa Corosio in labio Pudendi ac sinu
pudo-

obseru.

pudoris, hinc furfures, pustulae ac denique pudendorum scabrities interdum oriri solent: quæ ipsæ pustulæ malignæ quandam habent speciem, quæ vocatur Epinyctides, quarum dolor admodum vrens est & insigniter intensus, & qui longe excedit proportionem magnitudinis pustulæ; neque enim faba maiores nonnumquam visuntur hæ Epinyctides saepius sunt minores, scabré, seu furfuraceæ. Narrabant nonnumquam scortatores emeriti ob hoc genus furfuris *Vaginam* Vteri scabram, tamquam aridam & siticulosam inire interdum non potuisse & non nisi postquam à scortis admoniti membrum saliuia obduxissent. Ulterius, adnascuntur, imprimis *Vagina orificio* Condylomata, tubercula nempè dura, occallescentia, tædioq; magis quam dolore molesta. Oriuntur autem (inquit *De le Boe Syluius*) in cute rugosa qualis est in Podice, Muliebre Uagina, virilique Præputio in quibus duntaxat oriri solent partibus, & quidem à præpostero Ueneris usu & partium arcto confictu. siue id contingat personis lue Venerea infectis, siue alias sanis: Plurimque vero sequuntur inflammations, aut Rimas induratas; vt patet. Postremò, auctarij loco, coronatur eadem *Fissura magna*

(cunnus)

(*Cunnus* abs *Galen*, & passim *Vulua* appellata) *Poris*, seu *Verrucis*: quæ cùm nonnisi serò contingent, palam est ab intrà procreari. Quippè si *Gonorrhœa* satæ essent, que siuè *Masculina*, siuè muliebris externè *Vulnam* irrumaret, vt Recentiores nonnulli contendunt, quidni à tali irrumatione statim pullulascerent? melius igitùr cum *Galen* mox citato sunt *Acrochordones*; *Verrucarum* nempé *genus dolens*, *pensile* & *foras prominens* *exiliisque veluti pediculo ceù basi*, *innitens* (siuè id quod in hoc casu se se oculis exhibere solet) *vitiosi multi succi nutritij ad exteriora* & *Cutim* *repentis soboles*, ex *Castello*. Et ne Authoritates emendicentur, sufficiat obseruare tales *Ficus*, vbi aliquandiù consenserunt, se-rositatem quandam *ulcerofam* è fastigio vomere, plerūmque etiàm medium setam [Ego *stylum* ad *digiti altitudinē* multoties introduxì] per eundem culmum admittere: quo fit vt ab interno latice, vt grumi à talpà, sic *Verrucæ* illæ producantur, minimè verò ab inducio扇ie madefacto, à membro sordido & cunnilingo &c. Quod attinet fiendi modum; diximus suprà, virulenta salia è *Lacunis Vaginalibus* in *Pubis* pinguedinem adacta vortices & anfractus struere, qui extrorsum

aperti Fistulas linquunt, aut vlcera fistulosa
Liquet igitur nunc, quod si minus fixa fue-
rint ea corpuscula, penetrato adipem (quo non
tam *Mons Veneris*, quam & extrema *Vul-
na* ora tument) cutis fibre paulatim extendi
incipient [vnde adeo initio non nisi paruae ac
rubrae papulae apparere solent] extensae ve-
ro, & arcuatæ aditum prebebunt nutritio
succo, qui easdem idcirco saginando ulterius
producet; donèc tandem, euaporata istius
aquosiori parte pyri resultent duri, id est Po-
ri, aut Acrochordones illi, quorum suprà me-
minimus: si verò fuerint paulo fixiora, eæ-
dem fibre protinus, cogente infrà subiecto
fermentatiuo motu, allongabuntur, acutis-
que insupèr ipsorum-met fermentantium
faliū angulis discerptæ, vt iuxta adipem
molliusculæ, non ita secus, duriusculæ ob am-
bientem aera, euadent, ita, cùm erectæ con-
sistere nequiuerint, simul concident, spiras
describent velut in exigua cochlearū testu-
las abituræ, seū in Verrucas. Huiuscce po-
sterioris speciei sunt, quotquot præcipue *Mons*
Veneris germinat, quasque in summitate aper-
tas saniem diximus euomisse. Cœterò aliæ,
quæ siue Thymi, siue Myrmeciae, siue de-
mum alio quoquis nomine indigitentur, in *Va-
gina*

Vagina succrescunt, eæ communem cum pustulis ducunt originem, vt & postremò etiàm Mariscæ, idest *Ani Condylomata*: de quibus tamen (vt & de Pano *Inguinis*), vtpote Uiris quóq; familiaribus, alibi erit differendi locus.

Coronidis ergo adiungam heic alias causas, quæ etiam si externe, cùm ipsam muliebrem Gonorrhœam, tūm pedissequa eiusdem symptomata nihilo seciūs promouere solent: suntque 1. concubitus cum viro vlcere *Preputio*, aut Gonorrhœâ affecto; 2. Oris vlcera à Basiatore *Veneris stipendiario* inficta; 3. Mammarū inquinamenta à Lactente eiusdem Luis hærede, & si quæ sunt alia. Et quod primam: extrà dubium est *priapinas* sordes quoquo demùm modo à *Vagina* absorbeantur cum istius succo ita confundi posse, vt subindè ipsum fermentare compellant; hoc facto, nonnè Gonorrhœa & reliqua *Venerea* excitanda sunt? Quod spectat alteram; satis demirari nequeo consensum Oris, & *Vaginae*. Hoc etenim obseruatu dignum [quodque ad Diagnosin haud parùm confert] simulac *Vagina* fanie plorat, inflammari Columellam, Fauces exulcerari, Vocem alterari, nec minùs pati illam, si hę partes fuerint attactę. Ratio autem huius phœnomeni [missis, quæ de

JV.
Eiusmo-
di mor-
borum
causæ re-
motiores

obseruat.

saliua utriusque Oris , deque similitudine *Vaginae* cum Lingua canum ab Anatomicis perhiberi suprà adnotauimus) non alia est meo videri; quám Geometrica proportio Glandularum vnius ad glandulas alterius cauitatis ità nempé, vt par sit ambarum diameter, eadem figura , & æqua dimensio; vndé est, quòd saliuialis humor ad vtrasque transiens qualis híc absunitur à venis talis illic reponatur ab arterijs, & viceuersa ; vt autém sanguis intrà hore spatiū ferè quindecies susdeque circulat *Louuero* teste, sic ulcerosa diethesis alterius partis alteri ocyssimē communicatur , vt liquet. Tertiò denique Mammarum altera cū *Vagina Sympathia* deducitur abundé nō tām ex neruis (vndē & contractatis Mammis puellarum uterus prurit) quām ex Hypogastricorum vasorum commercio cum Mammarys vasis *Ab Hypogastricis* (inquit *Verehyen*] vasa sanguinea usque ad Mamas insecutus sum nunquam: sed quandoquidem in cane masculo facile aliquot centenas horum vasorum cum Mammarys connexiones offendit, nullatenus dubito , quin illa etiam in Mamas usque extendantur. Cùm verò ob eiusmodi anastomoses extrà non communicent dicta vasa , verùm mutua inter se commercia

cia exerceant, sequitur, vt virulenta Alumni saliuia Papillæ admota inque Mammarios ductus, qui extrorsum repunt, nec non in Hypogastricos subinde adducta *Vaginam* tandem impetere, ac vicissim istius virus in Mamas denique concedere debeat. Atque hæc quidem posterior causa est, cur *Vagina* affectis schirofæ duritates in Mammis gigni soleant, vt non raro in Nosocomijs licuit obseruasse.

Obseruat.

§ 3.

Miraberis interea, *Lector*, postquam ea narrauerim, quæ seorsum ab excessu Coitu, Gonorrhœam eiusque symptoma patrare posse autumaui, alia tamen omiserim, quæ vulgo ad id mali vel maximè conducere existimantur, cuiusmodi sunt Cachexia aliqua Scorbutica plus iusto acri, inordinata Cathameniorum euacuatio, Fluxus albus, & id genus alia. Hæc enim, inquis, vlcera in *Vagina* [penes aliquos etiam Gonorrhœam] excitare posse omnibus in comperto habetur. Verum stupere desines, ubi in mentem reuocaueris, quæ initio sumus protestati: nolle nimirum nos hoc libello alia commentari, quam, quæ incom-

J.
Fluxioni
Mulieb-
rium di-
ferentiaz

moda ex *Venere* fiunt. Vnde sequitur, quod, etiam si Cachexia Scorbatica & reliqua recentia aliquam *Vaginae* plagam [quod non credo] inustura essent, ea tamen nostrum onus esse non debent. Id verò ne credam, facit experientia . Näm quot Viros inuenias, qui uxores taliter affectas quotidiè incessunt citrà noxam , à quà tamen minimè immunes essent, si earum *Inguina* forent ulcerata . Dicendum igitur , quod vel eiusmodi vlcera non sunt contagiosa , & sic non sunt *Veneræ*, vel [quod probabilius] neūtiquam existunt in illis Ægris. Et de facto , quod saltēm binæ priores causæ (Cachexia & menstrua irregularia) ne minimo quidēm vlcusculo impingendo pares sint , suadetur ex eo , quod sanguie carent, nec nisi salsuginosæ sunt; quamobrēm pruritum duntaxat aliquem circa *VL* uam gignere compertæ . Quod verò Fluxum album , vnum si demas *Rhodium* , neminem, ni fallor, reperies , qui ex eo *Vaginam* nuerit ulceratam. vidi ego non paucas , quibus fœminis idem fluor (referente tūm id mihi præstantissimo *Mario Cechino* Archiospitalis Incurabilium Romani , vbi Medici Afflentis munere fungabar, primario Chyrurgo & Med. Doct. lab vlcere Matricis proueniebat

Observat.

bat, & quæ tamen foeminæ vlcere *Vaginali* nunquàm fuerant diuexatæ:cuius rei causam arbitrabar tùm in eo consistere, quòd fanies Vtero pulsa, quemadmodùm intestini, siuè fermentatiui motus expers erat, ità radices[vt sic dicam] altè in *Vagina*, vt potè canali membranoso atque oleagineâ muccositate obducto ijcere non potuisset. Sed censeo *Rhodium*, vt & alios multos Fluorem album cum Gonorrhœa confudisse. Quod vt credam suadet Historia. Fertur nàmque lege cautum fuisse Ægyptijs, ne qua tale stillicidium patiens nuptui traderetur ob incòmoda, quę comper ta fuerant Viris obuenisse ex eo fluxu non alio iccircò, nisi Gonorrhœę, nomine indigitando.

Quod et ne nobis accidat, prèstat missis commentitijs hisce causis ad ea procedamus, quæ Gonorrhœam distingvunt ab ijs atque ab alijs morbis. Præcipvum autèm distin ctivum istius ab Uterino fluxu est hoc. Nàm in Gonorrhœa [Sennerto connotante] ulceris nota adsunt, quæ absunt in fluxione Matricis; ipsum etiàm pus, si sit laudabile, crassius est ac magis albido, quam fluor albiss, & minoris quantitatis: si verò sit saniosum cruore, perfusum est, & cum dolore excernitur. Prætereà cui fluxio alba (siuè Vteri Coryza, aut Vteri Rhumatismus iuxta

II.
Signa Go
norrhæ
diagnosi
ca.

Charle-

Charleton) oborta fuerit urina veluti asinina [Hippocratem audis] apparet; & dolor imum ventrem babet & lumbos & lateris mollitudinem, & tumores sunt crurum & manuum, & canae eleuantur, & oculi tumidi sunt, & color aquatus, & albus fit, & cum iter, facit anhelat. Differt etiam Gonorrhœa à Mensibus decoloribus in eo præsertim, quod Menses decolorres adhuc ad menses pertinent, & depravati sunt; color autem ruber adhuc in ijs conspicuè apparet: Gonorrhœa verò & substantiâ, & colore à mensibus decoloribus differt. Deinde etiam exeundi tempore & modo Gonorrhœa distinguitur à mensibus decoloribus. Menses enim decolorres adhuc suā periodum seruant et si non sempér exactè: Gonorrhœa verò alio, quam Menses fluit tempore, nimirum continuò, antè & post menses; grauidis quoque, & quibus menstrua suppressa sunt, accidit. Ulterius, tam ab his mensibus, quam ab alio quocunque fluxu distinguitur Gonorrhœa, si mulier vegeta sit, si gaudeat, edat, confabuletur hilariter. Quippe in illis cachectica est, squallida, languida, sœpèque, imo & continuò aliquando febricitat. Adde his, *Pudendi*, aut cuiusdam ex ipsius particulis tensionem doloremque

que Gonorrhœa affectis familiarem esse: cæteris, eiusdem partis relaxationē, indolentiā atque alsiositatem.

Sed quid de his plura? cùm videlicèt ab effectibus suprà descriptis Gonorrhœa muliebris abundè elucescat! Rectius igitur cum Ægrotis agemus, si, quemadmodùm processu temporis illa per sua symptomata se manifestat, sic Nos eandem initio inuestigare noscamus. In quem finem consueuere Medicastri & nonnulli de fœce Barbitonorum, statim atque mulierem audiunt de mixu conquerentē, quòd ardens sit & molestus, audacter pronunciare, ipsam Gonorrhœâ niadere, & si præsertim *Vaginae* stillicidium aliquod fuerit adiunctum; in quo tamen quantum à Veritate aberrent liquet ex eo imprimis, quòd, *Dolæo* docente alijsque Praticis, etiàm Vteri coryza affectæ tales Diuresim nonūquam patiuntur; & prætereà, quia oftensum est in superioribus Gonorrhœam simpli-
cem cum mictu illo minimè copulari; cum nimirùm tunc *Lacuna* & *Vaginales* nondùm sint labefactatæ. Quod vt clarius pateat subiungam Tibi solemnem historiam, quæ & propositum nostrum non parùm confirmabit. Euenit nàmque, vt non itá dudùm me con-

Observat.

filij causa conuenerit. Uir quidam Nobilis, Medicinæ non imperitus retuleritque ut ex concubitu cum muliere, de cuius probitate non dubitabat Gonorrhœam cōtraxerat Venereum verā solitisque accidentibus stipatā: nescire igitur sese vnde ea fluxio exordiū accepisset. Ad hæc reposui, sciscitaretur ancillas, aut, quæ illius linteum curabant; comperturum se inde Amicam, vel Gonorrhœam, vel vlcere *Vaginae* aliquo laborare. Dictum factum; linteumina explorata sunt, vestimenta omnia examinata; neque tamen ex his indicium aliquod desumi potuit, quo in ulceris, aut Gonorrhœę suspicionem veniri posset. Adiecit & foemina præstolationum huiusmodi gnara facta querelas, obtestationes, iuramenta centum (sed vah; *Muliebre iusiurandum!* inquit Erasmus, & rursus *Mulleri ne mortua quidem credas*) immaculatam se se penitus, nullum in mingendo fastidium, dolores nulos, nihil non fani in *Pudendo* perfentire: quibus relatis, suggesſi Amico introduceret clanculum & simulantèr in *Vaginam* pessarium aliquod acre, puta aceto & sale delibutum, renunciaretque postea successum experimenti. Nec mora; iocusque fuit audiuisse ex eo gemitus, gesticulationes, imprecations

cationes, quibus mulierem illam ab eiusmodi intromissione vsam fuisse retulit. Quarè is mecum tandem opinari non ambegit, se in antrum haud legitimum [vt prouerbiali figurâ vtar] stimulum impegisse: quod & insuper euentus declarauit. Quippè non diù post Muliercula nostra in Gonorrhœam incidit effectibus stipatam, quos enunciauimus. Summa itaque vrinæ ardorem potius esse indicium Gonorrhœæ complicate, idest virulentæ, quæ è *Lacunis Vaginalibus* depluit, quam Simplicis, quæ è *Vagina*, vt cuilibet consideranti patescet. Signum autem posterioris tutissimum est ulcus (nempe vt cum *Senerto* monuimus) cuius præsentia, pessarijs inuestigatur. *Cognoscitur ulcus, hoc (sunt eiusdem verba) primo ex colore & perpetua eo in loco mordicatione, qua sensim augetur & intenditur, atque imprimis, si tangatur, vel aliquid abstergentium & acrum, uti acetum, sal, limonius, citrinus, similisue succus: item vinum, hydromel, aut huiusmodi alia immittuntur, ut & in concubitu . Rursum [pergit] etiam cognosci visus possunt hac ulcera, præsertim adhibito Matricis speculo . Tertiò ex affluente pure, quod interdum, est odoris expers, interdum flauum, viride, fætidum, prout ulcus nunc mite est, nunc*

sordidum, cuius etiā pars interdūm permixta
emingitur, interdūm, & si vlcus grandescat,
etiā sanguis effluit, & potissimū ubi mensium
fluxus instat. Denique instar omnium, quæ
tūm Ulcera, tūm Gonorrhœam, huiusque
species indicare valent, est Ægræ confessio;
vel, quoniā cum sexu agendum est naturā
fallace, præstabit cum debita tamen cautela
& prudentiæ norma, Domesticas aut Uici-
nas mulieres sciscitari de anteacta illius vi-
ta, vt, cuius gregis fuerit, aut contubernij,
nūm moribus liberalioribus, an secūs vixe-
rit &c.

III.
Prognos-
tica

Obserua-
tio.

Quod attinet prognosim: illud esse debet
de Gonorrhœâ iudicium, vt plus damni
afferat extrario corpori, cōmunicata, quām
ei, cuius est passio. Sic ego Nonariæ cuius-
dam reminiscor, quæ vtut à triginta annis
amphidromiam ageret, ac marcida Gonor-
rhœa sua plus centum Amasijs infecisset,
nil tamen, prætèr Emicraniam & cancro-
sum in *Labijs Pudendi* vlcus patiebatur. E-
conuerso obseruaui magna familiarum clade
apud Nostrates puellas inquinatis Viris cō-
iunctas vno aut altero à nuptijs anno Lue-
venerea occubuisse. Quamobrém verò pelli-
ces ex virili Gonorrhœa citiùs intereunt,
quām

quám sua ? An , quòd Mas præpolleat fœminæ , quòd , iuxta tritum sermone prouerbium , hæc materiâ sit imperfectiore ? An est , quòd vitiatum semen virile actuosius reddatur *Vaginali* recremento similitèr putrefacto ? An (id nequaquam falsum est) muliebrem Gonorrhœam perpetuò expurgari . virilem autem absorberi à vasis , cum præsertim in actu *Venereo* patefiant , eorumque spiracula appetitu libidinoso dilatentur ? Quid? quòd hæc itá interdùm hiant , vt obiter maschile virus exsugant , tūmque nullo patrato vlcere , ac sine præuia Gonorrhœa mulieres in Tabem , imo & ignorata causa in mortem præfocentur . Missâ , de quâ nondùm loquendi tempus est , Lue ; quotiés sonamicam illam puris suctionem considero , venit in memoriam aliis morbus eadēm Lue non minús funestus , nempè Uomica Ouariorum : quæ á paucis animaduersa impuné grassari , & quiá impunita s̄epiùs mortem inferre cōperta est Nám quot ego disssecui mulieres citrā aliam manifestam causam extinctas ? Obseruaui etiàm in his talem Vomicam alterutrum , aliquandò vtrumque Ouarium occupasse : de quâ sanè quoniàm , vnum si demas *Panarolum* , nemo , quod sciam , hactenus

Obserua-
tio.

nūs mentionem fecit , eius proindē origo paulò altiūs est repetenda . Constat ex Anatome Hypogastricas arterias , quæ à lateribus *Vaginae* ad superiorem istius partem ascēdunt , superato Vtero , ad Falloppianas Tubas , atque ad Testes , siuè Ovaria , terminare . Harum igitūr meatus si contingat virulentī quidpiam excepisse , nonnē patet id ad eosdem Testes denique transmissum iri ? Admittitur autēm facile , siquidēm perbreue est iter à Nerueâ eādemque interiori *Vaginae* membranâ ad dictos poros : vndē adeò liquet appulsis illūc miasmatis venenosis , quatenús ætheris consuetus fluxus intercipietur , eatenūs colliquamenti in Ovulis contenti crassim inuertendam esse ; flūidas nimirūm moleculas secūs quām anteà gyrandas , solidas que ità cum dictis miasmatis congressuras , vt sulphuribus eleuatis atque Ovorum peripheriā ampliatā , sanguinei ductus priùs extenti , vrgente post diutinā fermentatione tandem abscindantur , & inflammatione parta Ovaria ipsa apostemate periclitentur . Quòd autēm id materiæ nusquam abscedisse aduerterim , verūm vlcere clauderetur , quod vel in prægrandis hemycicli formam attollebatur , vel in duos , tres , aut quatuor diui-

diuidebatur , in causam argui ipsius-met contenti puris inertiam , qnòd nimirùm mera esset corrupta lympha dictorum Ouulorum nutritioni & conseruationi dicata . Coèteró nullum aliud grauius symptomata fœminis hanc Vomicam patientibus obuenisse memini , prætèr febriculam ; quæ ad annum , sèpè etiàm diutiùs continuata miseras extinguebat . Propter quod sanè monere hic teneor Medicos hoc genus morbi diligentèr inuestigant , cum primis saltim febrem illam palparint , cuius causam haùd clarè elucescere comperient , de *Venereo* aliquo contagio interim suspiciosi : norintque protinus talē morbum crebriùs contingere , quām vt à Practicis atque ab Anatomicis animaduersū est , cachecticis nimirùm fœminis , & grandioris œui .

Sed iàm á diuerticulo in viam . Nota igitùr , Palestricarum , quæ corpore quæstum faciunt , paucissimas cauere à fascinis inquinatorum , adeòque tūm ex hoc omnes *Venerea* lue funestari , tūm ex eo præsertim , quod illarum vlcera plerūmque sint immedicabilia . Profectò nàmque , vndè , istorum sanationem speres , si hinc [nempè quoad interna] arteriæ ibidèm desinentes teretiores sunt , quā vt remedia conuheāt vel decuplo minora

IV.
Prognosis
vlerum.

ra veneno contento. quamobrèm nihil aliud
audent raro hoc salium medicatorum ag-
mine, nisi vt vlcera exasperent, pus ingemi-
nent, afflictisque afflictionem addant potius,
quàm adimant: indè verò (externè) perindè
est, atque (Ætiopē, vt aiunt, velle dealbare;
cùm nimirùm viscatum altè in *Vagina cel-*
lulis) tùm adiposis, tùm & membranosis su-
pradicatum pus, quasi Erycinum mel, neque
omnibus, vt sic dicam, torcularibus ab eius-
modi fauis exurperi queat. Mihi certè fœ-
minarum, quas ista vlcera foetentes tām ali-
bi, quàm in Archiospitali numerosissimo
vltrà mille licuit aduertisse, neminem inue-
nisce vspiám obtigit, quæ pro integrè sana-
iure aliquandò fuerit renuncianda, remedij
quibuscumque ad hunc finem adhibitis non
obstantibus, &, si excipias aliquot, quæ per
Os & Mammas infernè fuerant irrumatæ.
Quippè istiusmodi vlcera recentia, vel su-
perficiaria *Mercurio* internè quoquis modo
assumpto facilè obtemperabant: non sic inue-
terata, aut ex coitu contracta. Quamobrèm
ægrè ipse virulentam Gonorrhœam suscipe-
rem extirpandam, saltém citrà usum reme-
diorum, quæ *Venereum* luem extinguunt.
Etenim secus, idem est, atque aquam in mor-
tario

Observa-
tio.

tario, vt aiunt, tondere: quin imò aduerti
sœpiùs, summis etiàm *Antiueneris* non obf-
tantibus, tandiù obsoleta vlcera ad cicatricē
perduci nunquàm potuisse; tantum mitigata,
& siccata fuisse sic, vt Gonorrhœâ parciùs plo-
rarent. Si verò vlcera (*loquar cum doctissimo*
Sennerto) diuitiùs protrahantur, aut negligentius
curentur, in fistulas abeunt, atque interdum
etiàm in gangrenam. *Vaginales* nàmque par-
tes, imprimis *Pudendi* Labia, laxæ sunt, seù
porosæ, ac minimi diametri arteriolis irri-
gantur. proptér quod facile exeduntur, &
probo sanguine, competenti scilicet nutri-
mento, seù anima carnis, destitutæ[quod ne-
cessū est contingat in vlceribus iàm antiquis]
flaccescere, mārcescere ac mortificari debent.
Postremo Verrucæ & reliqua virulentæ Go-
norrhœę proles, vt parens, fermé sunt incor-
rigibiles. De sanie autem, siue Gonorrhœâ
quod in totum dixerim: alba & flava non
ità infausti ominis sunt, atque viridis, liuida,
serosa. Quippè in illis sanguinea crasis lau-
dabilis est, in his virulentorum, seù vitrioli-
corum, aut acido-fixorum salium luxuries
arguitur.

I.
Indicati-
ones. cu-
ratiæ
Gonor-
rhœæ
simplicis

COLLIGE iccirca operæ præcium esse Muliebrem Gonorrhœā nondūm adul tam in ipsis fascijs suffocare: pro quo Medicus ad duos scopos collimare debet; alterum, vt sanguinis ad *Vaginam* affluxum refreuet, sicque fermentationem placet, inflammationem impedit; alterum, vt iam factæ fibrarū lacerationi prouideat. Priori indicato satisfa ciunt imprimis *Euacuātia* vniuersalia, *sanguinis* nempè *miffo* & *purgantia*, vtraque debito loco, modo, ac tempore administrata: scilicet quod primum: *V. Sectio* in brachio cele branda venit ad maiorem revulsionem; quo nomine [vt hoc incidenter notem] non est profctò, cur me rideant *Hæmophobi* afferen tes sanguinis motum vbiique æqualem non posse aliquorsum magis, quam aliorsum deteterminari, idest ad brachia potius, quam ad pedes. Quandoquidem missis experientijs contrarium ostendentibus, de quibus fusé in nostrâ *Dis. A. 2.* patet hoc vel in siphonibus, per quos exsucto aere intus inclusi, hauritur interdūm totus humor in cupâ V. g. conten tus: nec est, quod allegetur discrepantia int̄ fluida quæ mouentur, & fluida non mota, obiciaturque fortasse, quod in *V. Sec.* non

atra-

atrahatur sanguis, id est exsugatur. Quippe, quod prius; tendentia liquoris ad siphonem non ex motu pendet, aut quiete; sed immediatè potius ex dispositione successiva particularum ipsius liquidi, cuius adeò ratione aliæ alias sequi debent; mediatè verò à Professione aliqua externa, ut ab aere in exemplo supracitato, quemadmodùm nempè cum Boyleo norunt hodierni Physici omnes. Quamobrém in nostro casu eti sanguis à Corde quoquouersum æqualiter didatur, quonià tamen idem integrantes partes habet seriatim, seu per columnas, dispositas, sequitur, ut quò aliquę interdum vergere incipiunt, eò mòx aliæ anhelent, sicque in ea parte maior sanguinis occursus fiat, hoc est maior deriuatio. Quod attinet suctionem: haud opus est fluidis extrorsum motis huiusmodi attractione, cum nimirum ad illorum exitum sufficiat vasis apertura, ut est manifestum. Liquet totum hoc etiàm vulgari experimento in poculis amplioris orificij; quæ si ad amissim impleas, modò labra sicca sint, videbis affusum plus vna lineâ interdum superare altitudinem eiusmodi laborum: humectatâ deinde istorum aliquâ parte, egredi, sic, vt ijdem cyathi plus vna altera linea de-

pleantur : id videlicet , quod docere debet negantes particulas sanguinis sibi vicissim obsequi , eiusdemque columnas pergere iter sibi alicubi monstratum , quocunque duxerit . Uerum de his satis . *Purgantia* quod spectat & exhibendi modum; non refert quæ , & vnde euacues , per superiora ne , an per inferiora . Quippè , cum materia *purgationis* plerumque sint serositates , hæc , quocunque demum adigantur , nec fermentationem stimulare , neque inflammations parere valent . Sed oppones , in *Catharsi* saltèm determinari sanguinem ad ea loca , ad quæ serum declinat : nec renuo . impellitur namque is ad Intestina per arterias Meseraicas , quarum Superior , sicuti paulo suprà Emulgentes ab Aortâ egreditur , ita maiorem aliquandò sanguinis copiam nacta cœteras inferiores [quas intèr veniunt Hypogastricæ *Pudendis* consumentes] eodem liquido defraudat : atq; hæc profectò causa est , quod à purgatione parcius mingitur , segnius errigitur , crura debilitantur &c.. Non ergo , inquam , refert vnde euacues . at , quoniā cum *Emeticis* cautè mercandum , maximē quūm ipsorum usus nullatenus est indicatus , præstat *Cathartica* usurpare , imprimis verò validiora obratio-

rationem sìam allegatam. Vltimò , quoàd tempus : non competit hæc vniuersalia Grauidis , & quibus menstruus fluxus instat ; id nimirùm , quod vel ipse mulierculę nouerunt. Iàmque succedunt Generalibus particularia , idest Specifica , intèr quæ primas obtinet *Mercurius*. Hoc enim firmitér tenendum , muliebrem Gonorrhœam , vtcúnque simplicem , absque illius tamen interuentu nunquám cessare : & ratio est , quià cùm morbus is sit lymphę ad *Vaginales Glandulas amandatae* , nisi iccirco aliquid superueniat , quod alkalico-fixum (cuius indolis perhibetur esse *Mercurius*) acido-fixas illius moleculas superet , frustrà allaborabitur . Consultū proptereà fuerit *Mercurium* [qui siuè crudus , siuè aliquo qualicūque modo præparatus sit , parúm interest] ipso ab initio præscribere eūdemque tām per se [interiectis tamen sempèr purgātibus] de quo modo alibi] quām ijs ipsis purgātibus maritatū , veluti sub hac formula.

4. *Mercur. crudi Succo Limon.* & *Therebenth. extinct.* a 3ss. *Rhabarb. elect. puluer.*
& *Scammon. præp.* a 3iiij. *M.f. pilul.* Dos.
a 3ss. ad 3j.

Tertio loco veniunt *Diuretica* , ea videlicet , quæ , iuxta Tauri , douent coaguler la ,

„partie fibreuse & ralētir le cours des humeurs ; suntque imprimis acida temperata , vt Acidula : Decocta refrigerantia ex herbis Acetosa , Malua , Bismalua &c. Hordeata ; Emulsiones ; Succi Limonum , malorum Citriorum , Fragarum : fructus Alkekengi : Saliia Nitri , Saturni , Prunella , Christall. mineral : Spirit. Vitrioli & sexcenta alia . Vbi adeò licet aduertere acria omnia , vt Spirit. Therebentin. , Cantharides , Millepedæ , Radices aperientes & his similia in vsum non esse vocanda proptèr nimirùm fermentationis atque in glandulis *Vaginalibus* phlogoseos augmentationem , quæ nullo negocio succederet , sanguine ab eiusmodi acribus insolentiùs agitato . Quartò ad hæc etiàm offendicula vitanda faciunt *Narcotica* : nec referam quàm bené hæc sepiùs mihi sunt lenocinata ad maiorem inflammationem indé compescendam . Denique posteriorem scopum supradictum assequuntur *Balsamica* tām intrinsecé , quàm extrinsecè usurpata , in quorum classe censentur *Colocynthis* , *Therebenthina* , *Balsama de Perú* , *Copayua* , & alia plura . Hæc enim intestinum sanguinis motum domare , fibrarum atoniam impedire apta sunt , vt & *Incrassantia* , nec non *Adstrin-*

ſtringentia pleraque , & quorum ſanè cata-
logum hic attexere non vacat . Locus nūnc
verò poſtularet , vt adducerem ſolemnes for-
mulas , quibus recitata auxilia in uſum vo-
cari confueuerunt . Verūm eæ ſiquidēm apud
Authores vbique proſtāt , cramben , vt in ada-
gijs eſt , recoquere non iuuat . Quin etiām
meliūs actum iri ducerem cum morbis *Vene-*
reis , ſi minūs receptarum vulgi manibus te-
rерetur . Harum etenim occaſione factum
eſt , vt Barbitonſores , Unguentarij Nugiuenduli , Agyrtæ omnes illorum curationem
ducant ſuam , Medicis nihil intereffe prædi-
cantes externis defluxionibus prouidere , imò
& in hac parte ignaros palam edicentes : ac
neque interim tamēn aliud præſtant , quām
vt exhaustis Penuarijs , crumenis emunctis ,
morbo exasperato , cadauera linquant Me-
dico piè viſitanda : in ſupèr & ſi hæc deni-
que ad ſepulturam deferantur , mortis cau-
ſam in iſum Medicum refuſant . Præſcrip-
tionū ergo Medicarum ſi hic eſt exitus , expe-
dit potiū ſilere , quām docere , Medico nihil
ominūs quæ gerenda ſint ex ijs , que diximus ,
facile comprehensuro , interim , & nobis plu-
ra adhuc ad eandem rem ſequenti capite
allaturis .

Quod

Quod Gonorrhœam virtulentā : hæc tametsi in Prognosi pro insanabili renunciata fuit , auspicijs tamen suis haud est derelinquenda. Metus nàmque foret , ne , hinc peierante vlcere , Gangrēna ; indè autem vitiato Sanguine , Lues *Venerea* ad fores esset . Quamobrēm ad vtrunque arcendum videntur mihi concurrere debere hæc duæ aliæ indicationes : sanguinis ab acido præseruatio , & , per consequens , illius vlceris detersio : quarum alteram exequabit *Mercurius* eo , quē attulimus , modo exhibitus , alteram *Iniectiones* , de quibus vnum atque alterū exemplum subijcimus . Nàm initio , quùm pus loturæ carnium simile apparet , atque vredo *Vaginam* occupat , locum habet ista .

¶ *Hord. integr.* , *Lenticul.* , *Ros. rubr.* , *Balaustiorum a. p. j.* , *mellis parum Coq. in aqua fontis* .

Colaturam injice in *Vaginam* muliebrem , aut , si *Lacunis* opitulandum , in meatum vrinarium : immitti huc etiam possunt aquæ bordei , *Lactuce* , *Portulacea* , *Serum lactis acidulatum* atque id genus alia ad vrinæ ardorem indicata ; *infusiones* item aliæ detergentes , mundificantes &c. , quales proximè daturi sumus . Verum pro *Clitoridis* , *Nimpharum*

Diuiditur *Mentula*, *Colis*, *Virile membrum*,
Penis, aliquandò *Virga* &c. nuncupata in
Externam & Internam. Illa, pars est *Penis*
membranosa, siue eiusdem Capsula cutanea,
propter duplicaturam admodum volubilis,
quæ dicitur *Præputium*: hæc reliquis particu-
lis componitur, de quibus inferius. Ergo,
quod impræsentiarum; Cutis quota quanta
Penem obtegit pervulgata usurpatione *Præ-*
putium est, quod in aliquibus protractum, in
alijs tam curtum adspicitur, ut vix quidquam
obseruare sit nomine *Præputij* dignuni, *Penis*-
que sempèr *Glande* nudo subsistere debeat, ex
quo & Apellæ ijdem nominantur. Constat
hoc *Præputium* Cuticulâ, Cute, & Panniculo
carnoso. Nam Cutis Fibræ usque ad eiusdem
Præputij extremum, ubi incuruantur, seu du-
plicantur, Cuticulâ tectæ sunt, adeoque sen-
su minùs exquisitio præditæ: ut verò intror-
sum, sicuti diximus, concederunt, palam
prostant spoliatæ, videturque ibidem *Præ-*
puty superficies quasi interior pars *Vaginae* mu-
liebris. Vnde optimè *Craanen*; *Putamus*, in-
quit, fæminam esse inuersum masculum: Scro-
tum masculi fieri Uterū intus conuersum; pri-
mordia Penis sunt Clitoris (addo ego) *Præpu-*
tiū interius *Vaginam* simulat. Reuera nāmque

II.
Obseru.
Anatom.

Præputium quid est aliud, quàm Uagina *Penis* intùs absconditi, siuè eiusdem capsula, vt diximus? Cœterúm tales fibræ sese tandem. *Neruosis Corporibus* iuxta *Coronam* inferunt; atque vbi desinunt, exoritur membranula, quæ rara est, sed firmiter admodum *Glandē* protegit. *Triplex* itaque in *Pene* tunica inuenit: vna ruida & spongiosa, quæ *Præputij* externam faciem præbet, densior altera, subrufa & complanata, quæ intrinsecam eformat: ultima tenuissima & æqualis, quæ propriè continuatio est fibrillarum *Præputium* componentium: dic aliter; *Colis* vnicum esse tegmen, quod tribus in locis itidem trifforme appareat.

III.
Uſus hu-
iūſmodi
Obſer-
nationis

Jdcircò autem hanc locorum differentiam duximus adnotandam, quod ex *Lucretio* — *Non omnis fert omnia tellus,*
& iuxta *Theocritum*,

Illa quidem producit hyems, hæc educat ætas:
hoe est, quià aliæ in *Præputio* fiunt labes, aliæ extra *Præputiū*, & rursùs quædā gignuntur in *Glande*, quæ in ipsius *Corona*, aut *Freno* minimè germinascunt. Etenim præter structuræ varietatem adnotandi veniunt ductus riferi, qui in ijs membranis aut exilimi sunt, vt in *Cute externa*, ibidemque transpiratio-
nis

nis materiam exonerant, aut crassiusculi, ut in interiori *Præputio*, ubi adeò olidam illam serositatem deponunt, quæ mox in sumen quoddam, siue smorchiam tartarosam condensatur; suntque omnes arteriolarum capillarium vltimæ finitiones. Qui igitur neget ab huiusmodi differentijs multum etiam varietatis intèr affectus peædictarum partium non allatum iri?

Quarè vt hoc intimius pernoscatur, operæ præcium est, missis, quæ circá internam *Colis* partem heic obseruanda forent, statim procedamus ad discussionem affectuum memoratorum, saltèm et ne centones, vt in adaggijs est, farcire velle videamur nèue ordinem inuertamus Orationis, quem præfiximus. Sit itaque iam -

IV.
Divisio
Capiti.

ARTICVLVS PRIOR

*De Affectibus Partium Obscenarum,
Siue
Genitalium Exteriorum in Viris.*

§. I.

Factâ igitur *Penis* in immundam *Vulvam* intromissione, si Pus externè *Præputium* sufuderit [quod nimirùm eueniet potissimum], quandò

I.
Morbi
Præputio
ext. infe-
cè cōtin-
gentess.

quando id ejcietur è *Lacunis*] & suapte natu-
rà fixum . aut præ frigore , aliâue huiusmodi
ratione tepefactum vltrà Epidermida tran-
fire nō valuerit . planū est ipsius salia vbi post ,
ivuante calore *Penis* consueto , siq;è aliás inso-
lito (quemadmodùm in Erectione) in actum
fuerint exerta , rotatura sese pedetentim per
illius poros , lineasque exaratura esse , quæ
Rhagades vocitantur , totam aliquando *Præ-*
putij superficiē præfatā excoriaturæ . Quod si
fuerit minús crassum , in tali casu quoniām
rigidæ eiusdem moleculæ inferiùs in *Mucco-*
sum Corpus descendant , eæ proptereà ab
aqueis istius Mucci particulis dilutæ ac solu-
tæ [quod actuari est] cum affluente vndique
transpirationis materia vires experientur ;
atque adeò inflatis ab hac fermentatione ta-
lis mucci filamentis , perpendiculares , quæ
Cuticulam Cuti annexunt , fibræ disrum-
pentur , hisque abruptis Cystis efformabi-
tur , quæ aperta in vlcus denique faceſſet . Si
verò , demūm fuerit ità volatile illud pus , vt
gliscere valuerit in sùbiectam Cutim , liquet
ipsius salia mòx ad statutum tempus [nempè
vt à *Venereo* Calore , aut ab alia quâuis causâ
fuerint excitata] erosura protinùs illius fi-
bras , aut ambientia duntaxat capilaria vasa :

&

rum, totiusque exterioris *Pudendi* inflammatione, quę in principio Gonorrhoeę vel maxime contingit, sufficit foueatur ista pars vino, in quo furfuris *triticei*, & ligni *guaiacini* non-nihil ebulliuerit; interim verò turunda linea sicca quotidiè crassior facta in *Vulnā* immittatur, detracto etiā ex Basilica vtrāque sanguine, si opus fuerit. Sedatā inflāmatione, quūm pus serosum erit, sequens iniectio magis conferet.

4. *Radic. Aristoloch. rotund.* 3 j., fol. *cichor. cum toto*; *summitat. Absynth.*, *Centaur. min.*, *Hyperic.*, *Hyssop. a m.j.*, *fol. Marrub. Consolid. mai.*, *Ireos florent. Iaceæ*, siue *herba trinitat.*, *Myrhæ a m.j.*, *Mell. parum Coq. in vino rubro.*

Sed quocunque injiciantur hæc decocta, tam in *Vaginam*, quam in *Vrethram*, necessum est anteà tepefiant metu Gangrænę, quę in his partibus vltro excipi ab ulceribus sollet. At si callosa fortè fuerint hæc vlcera, atque in loco ad quem sicca remedia insinuari queant, prestabit adhibere seq: puluerem.

4. *Auripigment.*, *Tuthiaæ*, *Mirhæ*, *florum Sulph.*, *Aloes a 3 j.*, *Virid. æris*, *Sarcocoll.*, *Calc. viua bis*, aut ter lotæ & siccatæ; *Alum. crud.*, *Rosar rubr.*, *Balausti.*

a. 3. i. m. & f. pulu. subtiliss.

cuius dimidia parsexciptatur balsā. *Sulphur.*
Therebent., *Succi Plantag.*, & *olei Hyperic.*
 a 3 j. *Therebent. laric.* q.s. vt f. vnguent. Re-
 liqua medietas inspergenda erit ulceri, &
 desupèr applicandum modò dictum vnguen-
 tum; cui etiàm addi poterit parum *Mercuriij*
 præcipitati, albi, aut rubri pro magnitudine
 affectus. Sic enim ulcera, quæ in loco humido
 [qualis est *Vagina muliebris*] aqueis vngue-
 osisque remedij morem gerere non volunt,
 eiusmodi pulueris adspersione refrænabun-
 tur planè. His non obstantibus, si Gangræna
 vel minima suspicio detur, consilium erit, ei
 opportunis auxilijs quā ocyssimè prouidere.

Quod remanet de Pruritu, Pustulis, & Fur-
 furibus; his optimè succurrisse comperi se-
 quentem iniectionem.

4. *Mercurium dulcem*; solue in aq. calcis,
Plantag., *Rosar. rubr.* anat. quantitate
 ac utere.

ac postremò Verrucę, & Condylomata tām
 interna, quām externa tangi poterunt spiri-
 tu aliquo acido, vt *Spiritu Nitri*, *Vitrioli*,
Sulphuris, & quidem semel de die, donec
 eiusmodi tubercula corrosa fuerint, vel ceci-
 derint exsiccata. Aliter etiàm curantur tales
 excre-


III.
 Cura ac-
 cidentiū
 eiusdem
 Gonor-
 rhœz.

excrescentiæ , per applicationem cerati de
Ranis duplicito, triplicato aut quadruplicato
mercurio . Enim verò hæc Topica , qualia-
cunque sint . minús proderunt , nisi curatio
per interna instituatur , Vnicum enim mer-
curij granulum assumptū plus faciet , quām
centum Topicorum inutilis conatus .

His sic , imò ad aliam quamlibet , etiám
magis exactam , libellam administratis , ni
tamen victus ratio seruetur , factum infectū
erit , Consistit autèm talis ratio in Gonor-
rhœa simplici , siuè recenti , vt res non natu-
rales ad eum finem ordinentur , ne ex ijs
sanguinis motus excandescat . Quamobrèm
exercitia corporis paulo vehemētiora , equi-
tatio , ira , libido , aromatica , falsa : vina præ-
sertim generosa , vigiliæ & alia id genus omni
studio vitanda è contra amplectenda alia ,
quæ eundem motum remorantur vt quies ,
modestia , acetosa , apozemata ex herbis re-
frigerantibus parata , somnus &c. in Gonor-
rhœa verò virulenta , vt praua ipsius sanguini-
nis diathesis , videlicèt eiusdem condensatio
à saniosis miasmatis in venas iàm introduc-
tis facta per ipsam diætam emendetur: vnde
est , quòd quæ conducere diximus in priori ,
in hac Gonorrhœa penitus sint fugienda &

IV.
Cura di-
ætetica.

præsertim acida imprimis vitriolata , nitra-
ta &c.. Quippe comperi ex istorum vſu Gan-
grænam in *Pudendis* fuisse acceleratam: ex
aduerso vinum , aromatica , ac præ coeteris
diaphoretica ad ipsius mitigationem sum-
moperè contulisse .



CAPVT TERTIVM

D E M E N T V L A G R A P R O L V S I O.

I.
Argumē
tum.



ACTENVS de Morbis , qui Sexui
sequiori contingunt ex Uirorum
amplexibus iusto frequētioribus ,
aut aliundē pollutis : ordo nunc ,
postulat , vt alios expediamus ,
quotquot his vicissim obueniunt ex confor-
tio Mulierum aliquo , vel pluribus ē dictis
Morbis infectarum . Sed hoc tamen commer-
cium siquidē ab ijs Uiris vnico instrumen-
to , quod voce tenūs *Mentula* est , exercetur ,
consentaneū fuerit , priusquam de eodem dif-
feramus , aliquid circā istius fabricam præ-
mittatur .

Diuidi-

&, si primum; vlcus ibidèm necessariò factum
iri ; si alterum , aucto nutritij succi pro-
uentu , tales fibras ità denique fœcundandas
esse , vt in tuberculæ duriuscula ex crescant ,
idest in Verrucas .

Nunc ad interiorem *Præputij* superficiem
descendenti redit in memoriam , quod suprà
de analogiâ eiusdem partis cum *Vagina* mu-
liebri latum est : parem nimirùm esse vtri-
usque substantiam ; internam quasi nerueam
indèque sensu exquisito præeditam , externā
plerūmque membranosam , raram , laxam ,
& fibris carneis secundùm longitudinem ex-
currentibus donatam : prætereà in internā
facie glandulas extare minimas disgregatas
è finibus arteriarum capillarium in dictam
nerueam superficiem hiantium resultantes ,
à quibus etiám humor homogeneus vtrobi-
que emanat &c. Quamobrèm non abs re di-
xerim in Coitu *Præputiū Præputio* indi , poros
poris necti , oscula osculis ; quod non inele-
gantèr *Scaliger* significauit hoc carmine :

Corpore disiuncto totum est in corpore corpus ;
Ipsa anima insinuata anima : nec sola manere
Quit ; sed se applicat ē cæcis compagibus hæret.
Iamque in tali cohoesione solito magis di-
latantur prædicti pori ; quatinus fibræ eôdē

II.
Morbi
intrinse-
cūs affli-
gentes.

tempore rigescunt siue intenduntur magis: vnde adeo fit, quod tum etiam latius alter alteri inspiret; & *Vagina*, Ex. gr., effluvia sua fusiis *Preputio* communicet. Ad quod non parum etiam confert perspirantis materiae subtilitas eo imprimis tempore, quo propter sanguinis accursum motumque insolentiorē *Vaginale* recrementum debet esse summè attenuatum. Haud refert tamen in nostro casu fixum ne sit, an volatile, quod virus à foemina emittitur in *Preputij* internam partē. Quodquidem scilicet proportio pororum istius cum poris *Vaginae* muliebris, eiusdem prettereá veneni homogeneitas ad humorum exsiliensem è prefatis poris, calor denique *Preputij* in œstro *Venereo* ingens factus, humorum per consequens rarefactio, meatuum dilatatio &c. ultrò inferuiunt ad memorati virus insinuationem. Adde nunc istius copiam è *Lacunis vaginalibus* præcipue erumpentem, quæque rectâ in *Preputium* ferri solet; & cum istius plicæ scopis (vnde & Coire Italica *scopare* est) assimilentur, aut cutaneis circuolutionibus *Vaginam* abstergentibus, ut patet. Quibus sic stantibus: qualiscunque muliebris Gonorrhœæ portio intrinsecam *Preputij* faciem impetat, certum est ipsam faci-
lē

lè in istius glandulas penetraturam: vndè est porrò, quod ab acidis eiusdem moleculis constricto isthuc appellente succo, sicuti serosæ partes postea dimissæ fibras relaxabūt, ita bullæ eleuabuntur diaphanæ, crystallinæ dictæ, quæ in summâ metâ (quò videlicet idem serū longioribus ac proindè validioribus, quam in latera, columnis arietabit) diffractæ in ulcera transibunt. Pangentur etiā ulcera, si in dictis glandulis fixato tali recremento earundem peripheria sic postea ampliabitur, ut disruptis ambientibus tenellis vasculis phlogoses inducantur, atque ab his deniq; suppuratio, seù abscessus. Germinant in hac parte demum etiā Verruce, nec secus planè, quam easdem produci in *Vagina* muliebri suprà, cap. 2. demonstratum est: vndè non libet hic ipsarum originem denuò præstolari.

Quod spectat *Frænum Glandis*, *Coronam*, atque ipsum *Glandem*: excoriatur illud, si proprio, quod nimirum pus ex Urethrâ, ut in Gonorrhœâ, aut è *Præputio* alicubi cariato deciderit; exulceratur autem, si alieno, hoc est muliebri, perfusum fuerit. Quippè in hoc casu, facta in glandulis, quæ ipsum *Frænum*, ut & interius *Præputium*, humectant, afflu- entis liquidi condensatione, bullæ eleuabun-

III
Labes
Fræni,
Corona
& *Glan-*
dis.

tur illæ crystallinæ , quas suprà nouimus
 vlcus post se traxisse . Similitèr *Corona Glan-*
dis , atque vltimò hic ipse *Glans* , si extra-
 rijs fordibus fuerit delibutus . Aduerti autèm
 crebrò in aliquibus , qui ob nimis citam se-
 minis eiaculationem [quod vitium Italis
 præsertim tribuit *Ettmullerus*] statim retracto
Pene , cuius *Glandem* vix medium in *Wluam*
 fordidam introduxerant , obuenisse nihilo-
 minùs illi parti innumeras bullas diapha-
 nas , paruas [etenim glandulæ in tali loco iti-
 dèm pusillæ sunt eòque minores , quò pro-
 piús culmini accedunt] & quæ posteá eu-
 cuato sumine , quod liquidum & albescens
 in maiori etiàm , quàm aliàs , copiâ redun-
 dabat , sensim anihilabantur , *Glande* interim
 ac *Præputio* tunc apprimè rubentibus ; in re-
 liquum autém ne minimi quidém vlcuscu-
 li vestigio alicubi , ac neque ad *Frænum* [vbi
 tamen ampullæ illæ depleri videbantur]
 apparente .

Ultimò , quod *Scrotum* [hoc etenim quo-
 què intèr *Obscæna* , idest *Genitalia externa* ve-
 nit computandum] quoniàm fordibus ex
Vrethrâ , aut aliundè deciduis fœdatur non-
 nunquàm , siuè humectatur , abraditur idem
 iccircò , & quandòque excoriatur . Luri-
 da

Obscenat.

IV.
 Acciden-
 tia Veru-
 carum , &
 Excoria-
 tionum.

da quippè salia cùm iàm valdè tepeſcant vbi ad illud peruerunt, non poſſunt ità exaltari, vt in ſubieſtas tunicas penetrando vlcera iſtituere valeant, & cùm iſupèr deorsum tendant, neque demùm ibidèm humorem aliquem opperiant, à quo diſſoluantur.

§ 2

IAmque ob priorem cauſam, quòd nempé ſanies iugitèr per declive feratur, huius qualifcunque portio ab excoriationibus exteriōris *Præputij* dimanat, ſpiras deſcribere, aut rectas lineas conſueuit: vlcera itèm non multùm excauantur, neque callo denique obduci ſolent. Carnei quippè vuilli in eâ parte laxi impares ſunt nutritio ſucco coercendo. quamobrém etſi deciſi tumeant extremis oris, interfluente nihilominús iugitèr illo, nunquam conniuebunt, ipſorum capita nunquam conglutinabuntur, nunquam obſirmabuntur, adeoque tandem nunquam occalleſcent, vlceribus nihilofeciùs, quod de profunditate demitur, latitu dine (quam ſubindè indi- plicuntur) vltrò & cum foenore compenſantibus. At Verrucæ nodos in tali regio- ne vt plurimùm æmulantur, tubercula ni- mirum lata, rotunda, parùm eleuata, at-

J.
Acciden-
tia Ulce-
rū in Pre-
putio ex-
terno.

que in tali demùm quantitate, vt *Mentulas*
quasdam adspexerim Tyrfis æquiparandas,
Hæcsteteri Bromijs vel monstrosiores.

IJ.
InPræpu-
tio inter-
no.

Sed ad Vlcerum differentias reuertendo:
eorum quotquot interiori *Præputio* adnascun-
tur, caua sempér sunt & callosa, ob rationem
scilicet superiori contrariam. Etenim ea-
dem expurgari affatim nunquám possunt i.
quiá pellicula, sub quâ bulla [vlceris pa-
rens] turgere incipit, vt potè multo com-
pactior Epidermide exterius *Præputium* ami-
ciente, nonnisi serò disrumpitur: deindè etiā
quià eadem cuticula duntaxat in medio, vbi
puris columnæ cèu altiores itidèm magis co-
gunt, effringitur; quarè vt pertusi quasi oper-
culi vices repræsentat, ità exeundi copiam
adimit puri ab intra salienti. Et profectò:
hoc amussatim [vt quod aduenit abeat] è fo-
raminulo illo medio nunquàm exigeretur.
Lacunatur iccirkó interiùs, erosisque primo-
ribus, ad intimiores fibras penetrat, sicque
fermentando, turgendo, erodendo Scrobicu-
los denique suffudit profundos, adspectu ru-
bros, saniosos. Nunc, quod callum: huius
ratio retorquenda venit rursùs in dictam
pelliculam, quam nimirúm nouimus longé
arctiori structurâ præditam, quam exterio-
rem

rem suprà citatam. Dic igitùr de illo, quòd membranofæ, verius ligamentosæ [ut quæ carneas Panniculi *Præputium* componentis excipiunt] eiusdem cuticulæ fibræ, sicubi interdùm fuerint arosæ, se se ibidèm, ceù fides, contrahant, contracte cœsâ in parte tument, hinc aliæ alijs strictiùs hœreant, cutemque ipsam adhuc densiorem reddant: nutritivs autem succus, quoniàm tali fibrillarum, aut saltim capitulorum eiusmodi cohœsione prohibebitur, ne vltrà influat per illarum interstitia, quotus quantus eó proueniet, totus velut ad aggerem sistatur, viscidisque suis filamentis tales apices conferruminet, consolidet, conglutinet tanto firmius, quòd inspiratus à proximè fermentante pure ac vitriolicis istius salibus impregnatus coaguli quandam, veluti glaredinis, speciem inducat. Hinc itaque turgescentiâ, illinc duritie comparatis ad extremum ulceri corona quædam quasi cartilaginea imponetur. Atque hæc quidèm corona, siue callosus ambitus in causâ est plerumque, cùr ulcera talem interiorem *Præputij* tunicam occupantia phlogosim perpetuò faciant. Nàm, si profunda sunt, intèrque senescendum ligamentosas carneasque fibras terebrant quotidiè magis, quid rema-

remanet, nisi vt nutritiuo succo, lymphæ, omnique omnino sanguini vijs interclusis, hunc è vasis suis depellant, nisi vt fibrarum interstitia oppleant, quid, inquam, superest, nisi vt *Præputium* inflent, inflamment, extendant, totique demùm *Glandi* superincumbere iubeant? Jamque status hic *Præputij* preternaturalis Grècè Phymosin audit, vt & Paraphymosin alter oppositus, quùm videlicèt eadem vlcera, vtut minùs caua, callo nihilominùs obsepiuntur tám duro, vt *Præputium* adduci suprà *Glandem* minimè permittant, sicque complicatum magisque in dies tumefactum augeri idem debeat, crescenteque vltérius vasculorum ab vlcere excisorum numero, penitus inflammari.

III.
In Coro-
na & Glä-
de.

Quanquam (quòd Phymosin) hæc ab vlcere *Præputij* haud semper est; cùm non rarò à *Corona Glandis* etiám habeatur, si videlicèt corrosiva miasmata in superiectū illud auolent ab istius plagis. Quippè in tali casu, humores ibièdm ad fermentandum prouocati vascula disrumpent: hoc facto, *Præputium* intendatur necessum est, adeoque & vt *Glandi* hærefscat, cum rubore, tumore, nec non aliquâ demùm pelluciditate. Sed nota in Recutitis, & quibus *Corona* vlcera infernè [quà ver-

vergunt ad *Præputium*) crassiore callo septa sunt, *Paraphymosin* potius inferre. Quandoquidem *Coronæ* fibræ in eâ parte ligamentoſæ sunt, ac proptereà contextûs admodum compacti, sicque occalleſcere aptæ natæ: non ſic aliæ carneæ, quæ *Glandem* inchoant. Dicitur Phymosin gigni ab ulcere, cuius tamen callus ascensum *Præputij* ad *Glandem* minimè impedit. Generaliter autem de callo ſummabis iſta (& quæ nihilominus ex præmissis deduci potuiffent) ulcera, prout inter carneas, cutaneas, aut ligamentoſas, ſiuè, quod idem eſt, inter laxiores, arctioresue fibras locata ſunt, callo etiam inter ſe plurimum differentes, ſicque exteriorem *Præputij* ambitum occupantia minimum calloſa perhiberi; ē contraria alia in concauâ ipſius superficie posita: rursus, quæ *Glandis Coronam* obtinent, ſemicalloſa, ſpectari, minus adhuc, quæ *Glandem*, ac minimè omnium, quæ iſtius fastigium inuaserunt. Ratio patet ex iam dictis. Nunc quod duritiem, ſpiſſitudinem & colorem eiusdem calli; hæc tametsi ex ſenio ulcerum aperte ſatis ab unoquoque argui poſſint, nihilominus adhuc luculentius explicabuntur infrā. Summa ergo deinde, ulcera circundiq; calloſa minus hiſcere, ſeu lateſcere ijs, quæ ſemicalloſa,

aut *atilodeia* [sine callo] sunt. Siquidem duræ margines obstant, quominus sanies in confinia bachatum eat: quicquid infernè, vbi continuò cumulatur, ac neque interim ob paruum exitum prefatum, ritè emungi potest. suffossis pedetentim per echinatos suos ac diutinâ fermentatione percitos sales superincumbentis valli fundamentis, perindè quasi in insidijs ambulet, vlceris diametrum extendat, nec non profunditatem. E contrà semi-callosa: hæc enim vti effluxum puri alicubi concedunt, ità nullo sub aggeribus constructo fornice, tātūm superficialiter è regione marginis sese ampliant, maiore interim latitudinē compensando minori cauitate. Ac postremo quotquot nullo, ad summum tenuissimo, callo circundantur, in omnē dimensionem, exceptâ profunditate, sese effundunt tantâ voracitate, vt, nisi in officio [quod aiunt] contineantur, totam viciniam, idest *Glandem* populari pergant. Supereft Dolor, qui vlcera qualiacūque, præsertim antiquiora, comitari solet. Eius tamen explicatio, etsi non sit huius loci (Nos etenim ipsam fusè dedimus in *Dissertat. nostrā Anatomica 3.* vbi de humore Glandularum Cerebri Corticalium, deque Spirituum Animalium falso commento abbundè actum est) paucis nihil-

hilominus heic perstringi potest sub his notis;
& 1. Mentem vnicum doloris capax subiectum esse: quatinus sola quid bonum, quidue malum, sit nouit. 2. malorum omnium grauissimum eidem compertum esse, materiae ad se attinentis solutionem; adeoque 3. quod intimius exsolui percipit compagem corporis sibi concretiti, ipsam propterea tanto magis angi: ac 4. denique, penitissimas solutiones Nervorum esse; cum ab his organicarum corporis partiū origo habeatur ac deriuetur. Vnde infer, quod fibræ omnes quod plus Nervosi habent eò amplius corpori sunt essentiales, & si praesertim crassitie fuerint insigniores. Infer, inquam, quod *Penis* vlcera dolorosa esse debet, ut potè solutiua; ac præterea, huiusmodi solutiones in *Præputij* superficie cauâ longè molestiores putandas esse factis in conuexâ. Etenim porrò in hâc raræ admodum, graciles ac distortæ nervorum finitiones: in illâ frequenteriores, crassioresque ac neque itâ demum obliquæ perhibentur. Quæ causa est etiam, cur *Corona Glandis* exquisitiore sensu polleat, quam ipse *Glans*, ut consideranti liquet. Infer vltimò phymosin, istique oppositam *Præputij* phlogosin, maximoperè vrgere, & cum crassiusculos Nervorum ramos deglubant, pun-

gant, lancinent, indequé febrem cieant non rarò. Et quid mirum planè? Nonnè [prætereo coetera] solempne est Animo in vehementibus passionibus Cor & Sanguinem insolentiùs agitare? Mitto demùm phases illas Christal-linarum, quæ Bullæ *Fræno* adnascuntur ac sæpè disparent improuisò; proptereà nimí-rùm, quòd talia Simioticen potiùs spectant, quám hunc locum.

iv.
Acciden-tia Ueru-carum, & Excoria-tionum.

Succedunt Ulceribus Verruce. quarum pri-mam differentiam suprà in Sessilibus *Præputio* extrinsecè obuenientibus indigitauimus: no-ta nùnc, quod fiendi modum, cutim in eâ par-te laxam poris etiám plurimis scatere, qui fibras hinc indè aluunt: nutritiam ergò lym-pham, postquam à meretricio tabo, aut po-tiùs, acidis eiusdem salibus fuerit coagulata, serum emittere, quod dictorum Willorum la-terales poros relaxando, sulphureis, oleosis, aut balsamicis particulis viam sternet, & quasi manuducet: vndè, ad extremum, sagi-nati ac alti diametro augebuntur, iunctique vnà & conglutinati abibunt in magnas qua-sdam, veluti lentes, Verrucas nimirùm latas ac depresso; Verùm in *Præputio* interno, ubi ligamentoſe fibre naturâ inuicèm cohærent, quoniàm præfatum serum non hinc indé, aſt subtùs

subtūs tantūm irruit in easdem , laxatis adeò medioxumis ipsorum poris , earundem pariter meditullium duntaxat producendum esse atque arcuandum ita nempé , vt in vno puncto à rectâ suâ lineâ discedentes mōx in altero ad eandem reuertantur , sicque vtriculos constituant , qui vna cum contento nutrituo succo ab ambiente aere aut calore interno siccatæ ac induratæ demùm faceſſent in paruas Verrucas ex illarum genere , quas Grœci Achrocordones , Latini Pensiles vocant ; sunt que parte summâ latiores , imâ verò , quæ ad Cutem est , tenuuiores , quâque porrò quasi pediculo , innituntur , vt patet . Nota hic rursus , fieri interdùm , vt liquor in eiusmodi folliculis contentus tametsi concretus humectetur maximè ab exuberante in vasis sero , inque eo casu ipsius *Salia* in actum exeri [näm iuxta Chymicorum illud , *Salia non agunt nisi soluta*] ac proptereà non tam erodi ab his talium vtriculorum superiorem partem ; verùm etiam fibras hinc inde à foraminulo illo medio relaxari , atque à nutrituo rore protrahi debere ita , vt in nouum porum hæ denique concamerentur videaturque hic porus priori insitus , aut adnatus . Nota demùm alteræ huic Verrucę succrescere aliquandò etiam tertiam

eo

eo fermè pacto , quod modò enunciauimus :
vndè curiosum fuit vidisse nonnunquam hu-
iusmodi excrescentias velut arte factas du-
plici interdùm triplici quasi nodulo distin-
ctas , vt diximus . Sed quæ *Glandi* superueni-
unt Myrmœciæ dictæ capulo magis lato
sunt , vt & crusculo & vtroque tamen depre-
siori , quàm superiùs dicta . Quippè nimirùm
Glandis fibræ laxiores ac molliores sunt exi-
stentibus in *Præputio* interno . Qui igitúr , pa-
tescētibus hinc indè poris mediè extendan-
tur , vt Pensiles Verrucas gignant , potiùs
quàm Sessiles ? Utrumque autem hoc Uerru-
carum genus si paululùm consenescat , eate-
nùs saltim , vt liquato illo , quod sulphur in
earum ventre condensari nouimus , salia in
hoc , vt & in sero contenta fermentatum eant ,
planum est , fracto apice , eructaturum inter-
dùm saniem quandam aqueam ac inolidam ,
materiam scilicet minerè suæ , hoc est lym-
phæ , redolentem . Fœtor enim & puris cras-
fities omnis à sanguineis globulis [dicam
planiùs] à sanguinis portione rubrâ ferè de-
pendent . Remanent Rhagades : hæ , quæcun-
que à viru siuè muliebri , siuè aliàs ulceroſo
in *Obscænis* fiunt , pro eiusdem fixitate magis
minùsue ampliant ſeſe , prætèr nonnullas in

Co.

Corona Glandis, quæ cum breues sint, non multum dilatantur, vt neque aliæ inter membranosos constrictosque interioris *Præputij* vuillos constitutæ. Et quod numerum: alibi paucæ, alibi plures; ferè tamen in eiusdem *Præputij* rugis frequentiores obseruantur, eò quod hę vt rugosę, ita & spongiosę maiorem in coitu lingunt *venere&amurcæ* quantitatē.

§. 3.

Diagnosis heic omnis linquenda foret (ecquis enim *Penis* Ulcera, Verrucas & reliqua superius recensita non agnoscatur) nisi ex alià parte obscura adhuc multis videretur; quæ versatur circà causas eiusmodi morborum. Præstantissimus *Sinapis* non muliebrem Gonorrhœam; alia adducit, quæ tales affectus gignere posse autumat. Constat siquidem [sunt eius verba] Ex experientia & ratione quod non tantum à meretricibus prostitutis; Sed etiām à propria uxore honesta licet, similes morbi oriri possint. Si, inquam uxor cachexia aliqua Scorbatica plus iusto acri, salina, acida laboret, si eadem fluxum album, inordinatam Catemeniorum euacuationem & stagnationem sentina & Vteri à mordaci aliqua & acri colluvie patiatur

J.
Signa ca-
uta'rum
distincti-
ua.

tur. Tunc enim (pergit) accedente immoderatione in coitu & motu tali excessu, qui Vterum nimis exagitare, accendere & effervescentiam salium causare potest, hincque fermentationem eorundem salium, hinc affluente lympha acri & putrida vlcuscula Vagina uteri concitare; nonnè inquam hec causa erit marito infiendo citram vllum meretricium congressum, nonnè aura illa contagiosa acris volatilis ex taliter constituta uxoris utero exhalans prostatas aliaque vasa spermatica inficere valebit? Sed hanc si in principalem assumpsisset, quam causam pro accessoriâ adhibuit, immoderationem nepè in Coitu, haud longè sanè à scopo aberrasset Edixisset enim quod & nos suprà in Theoriâ & experientiâ & ratione quòque firmauimus. Verùm quòd citrà hanc immoderationem Vlcera in Vrethro, Verrucæ &c. haberí possint è congresfu cum propriâ Vxore honesta & pudicâ corporis duntaxat cachectici, aut muliebre quidquam patientis, non credo. Nec vacat repetere quæ alibi (Cap. 2. §. 3.) narrauimus de Viris eiusmodi Mulierum, qui vitio aliquo Pudendi nunquàm fuerunt attacti. Addam, hic solùm, obseruasse Me etiàm alios qui diu copulam habuerant cū Coniugibus Phtysicis obindèque fluxu albo vexatis, itémque cum alijs

alijs, quæ ex epotâ Cantharidum tinctura id morbi contraxerant, nec tamen eorum quempiam vel de minimâ *Pudendi* labe fuisse conquestum. Ratio autem huius rei videtur, quam etiàm ibidèm attulimus; nimirum quia, vtvt Cachexia illa sit scorbutica, sit & Phtisica, sit denique & salina, acria, acida, austera & acerba; vtvt, inquam, adsit fluor albus, inordinata Catemeniorum euacuatio &c. quoniàm tamen ij vel sanguinis morbi sunt, vel Vteri, quid sibi cum *Vagina*? Salia namquè eiusmodi Visceris cum iàm deferbuerint vbi ad hanc peruenient, nullam ipsi noxam inurere apta sunt. Sed regerit laudatus Author: *Dubitas ulcuscula oriri posse in Uagina fæmina honestæ, quæ promiscuum non admittit coitum?* Sed si datur *Inflammatio, Tumor, Schirrus, Cancer Vteri etiam in honestis & maximè abstinentibus fæminis, & uel maximè illis, quæ Chlorosi, seu febre amatoria, vel quæ Pruritu muliebrium laborant, cur non & vescula, quæ minus, vel saltē consequens horum omnium sunt, concedas?* Deinde exaggerat. Quot Maritos scio taliter infectos, eorumque nonnullos, qui tempore menstruorum à proprijs uxoribus non abstinebant, & quidem domi sua & non in castris ad Neapolin &c.?

Dubito [inquis *Sinapi*] & quidni? Primò nāque magna disparitas est intèr Vterum eiusque *Vaginam*: ille Neruis , ille copiosissimis donatur vasis, ille tandem nūnc contrahitur, nūnc ampliatur . nūnc siccescit . nūnc humescit, nūnc denique meconijs impletur ac farcitur ; *Vagina* verò nec Neruis, neque Asterijs, saltem considerabilibus, ditata est, ossibus atque adipe obsita ac munita , & latode- mūm ore peruia perhibetur : quo fit , vt si Vterus Inflammationibus , Tumoribus , Schirris obnoxius est , illa sit conditionis longè diuersæ . Deindé, datur Chlorosis , datur Pruritus Muliebrium , & vlcera tamen ex eādem causâ non dantur. Et postremò , et si darentur ista ab aliâ causa [non tamen *Venerea*) putas - ne iccirco ea fore contagiosa, ità vt *Penem* vlcerare , aut aliter labefactare valerent? Falleris. Nam pus talium vlcerum non esset eius indolis , vt sese *Preputij* poris applicaret , vt lympham rectâ appeteret &c. Capesis exemplum in Vino , quod aliter alteratur per se , aliter , interuentu Ignis , aut aliorum corporum extraneorum . Quamobrem vlcus illud sponte ab internâ causa inflatum , non esset eius diritatis , atque factum ab externâ , ex commixtione scilicet semi-
nis

nis virilis, ex *Agitationibus immodicis & cato*re violento. Iunge, quod cum illud virus non esset ex succo *Vaginali*, sed ab alio humore, non haberet proinde illam analogiam ad glandulas interioris *Preputij* earumque succum, quae requiritur ad Ulcera & Verrucas excitandas. Sic nitri Spiritus nunquam se addicet solutioni Solis, nisi ex sale ammoniaco fuerit præparatus, Ad id posteà, quod subiungit *Author de Uiris, Menstruatorum confortio*, in Pudendagram lapsis, piget sortis meæ; ipsum nempè tot, me ne vnum quidem ex ijs vnquam obseruasse. Profectò si tam frequeutes ij sunt casus, præstat accessum omnem ad Mulieres prohibere. Nam, cum haec ludibria sua plerumq; taceant, ne idcircò in foueam incidamus aliquando, tutius est cum ipsis nunquam coniungi. Sed vah commentum! Quid enim *Peni* aliud affert tale coniugium, præter spurcitiem magis apparentem, siue conspicuas in illius *Glande* suggillationes? Crediderim igitur potius *Sinapium* deceptum fuisse à quibusdam Fœminis, quibus mos esse solet, ut, cum *Gonnorrhœa* laborant (ne Amasijs iniuriam fecisse existimentur, quorum post vltionem metuunt) declarent coituræ, se

se euacuationes suas menstruas tunc temporis agere. Coeterum nil mali pertimescendum ex tali Coitu: & reuerá, quandò hunc Antiqua illa damnauerat, nouissima Christiana lex ad summum veniale peccatum dixit, testibus *P. Ledesm, Henriquez, Sanchez, Filiuccio* & alijs apud *Bonacinam*. Iocis *Sinapi*, sepositis, ad rem certe magis respondisse compéri nonnūquām Adolescentes quosdam pecuarios Romanos, qui aliquo interdūm è dictis morbis in Archiospitale nostrum adsporato candidè fatebantur se à Vaccinā quadam (sic enim Itali Vaccas appellitare confueuerunt) in eā parte lēsos & commorsos fuisse. Ergó, quod serias videntur aliquando Rhagades *Præputio, Coronæ & Glandi* posse contingere ex nisu in Coitu, aut calore *Vulna*, ut in Theoreticis enarrauimus. Sed eae in tali casu non sunt *Venereorum* censibus adscribendæ, neque enim difficilè sanantur, aut incrudescunt paulo importuniùs; ast sponte suā, ex se, absque aliquo, etiam Topico medicamento rescipiscunt: non sic aliæ, quas virus comitatur. Ulcera item non semper ab eādem *Venerea* contagione sunt. Vidi ego complura *Glandem* infestantia, & quæ tamén à *Prostatis* nondūm viru depletis (ante bien-

Obseruat.

biennium scilicet aliquando tandem, sed male curatis] fouebantur. Disparebant autem haec rursumque reditabant parua, rotunda, minimè caua, prout nempè dolor in radice *Penis* intendebatur, aut remittebat. Uerum de his *Artic.* sequen. Demum neque Phymosis praesentiam vlceris denotat continuo: ex Gonnorrhœa siquidem, & nonnunquam ex Pano *Inguinis* oriri solet, ut suis locis ostende ur: Quamobrem an haecab vlcere pendeat, Tactio, & Contrectatio potius fidissimi tanquam iudices esse poterunt. Atque haec quidem de causarum differentijs: scire posse à si cupis an vlcus quodlibet Virilis *Membri* ex commercio cum impurâ fœminâ, aut aliundè processerit; obserua i locum. Quippe in *Præputio* nonnisi ab illo; idest foedo concubitu prouenire potest. 2. accidentia. Quandoquidem callositas, inflammatio, profundi as vlceris certam saliuæ meretriciæ argunt impressionem.

Prognostica si queras, adsunt enim rursum Tibi eadem vlcera. Præputij! quâ quidem occasione felices in hac parte mihi veniunt nominandi Hebræi, Turcæ, Apellæ omnes: quod nimirum *Præputio* destituti neque ijs viceribus obnoxij sint, neque item alijs affe-

IJ.
Prognos-
sis Vlce-
rum.

stibus, quos posteriora hæc plerūmque manuducunt; vt lues *Venerea*, morbus nempè ijs multò infrequentior, quàm Nobis in circoncisis. Eatiniùs autem hæc contingit vlcus *Preputij* patientibus; quòd complura eademque satis capacia vasa sint, quæ *Præputium* irrigant: quæ causa est profectò, cùr illius virus à venis pleniùs absorbtum reliquam massam posteá infectum eat: iunge huic etiàm callum, qui cum reliqua in alijs *Mentula* partibus constituta vlcera nec tám crassè, nec æquè ambitiosè vallet, maiorem hinc puris quantitatē expurgari patitur, quàm illinc, vt nempè suprà §. 2. innotuit. Prætereà callus strangulatis vasculis sanguiferis ac nutritij roris intercepto cursu gangrenam intentat sè penumerò, at nunquàm tamen æquè ulceris malignitatē portendit, atque vt est liuidus: ad minimum enim luem tunc *Venereum* auguratur, sanguine existente immundo, idest scepticis salibus imprægnato. Ut verò is in Phymosi ac Paraphymosi talis vt plurimùm apparet: sic causæ hæ potissimè sunt vel mutilationis *Membri* virilis, vel Pudendagræ. Quod superest de alijs ulceribus; callus in ijs pessimi ominis est, qui albidus; indicat enim coagulationis, vt

&

& Gallici mali, initium: melior, qui ruber, postremo loco est carneus, qui temperamenti bonitatem auguratur. Idem dic de eiusdem consistentia, maiore scilicet, aut minore; atque ultimò de pure ulceris: de quo siquidem iam plura alibi, cramben hic [ut in adagijs est] necquere non vacat. Accidit iam verò, ut *Glandis* ulcera maligna, phagedenica, seu disepulotica facta ipsum aliquandò penitus absuntant: sique Ego aduerti in nonnullis *Colem* ab ijsdem omnino consumptum. Sed nec satis: contingunt in ijs erosioribus tamen fatales hemorragiae, ut pluriè minerim, eæ quandocunque obuenissent, instantis lethi nuncios interfuisse.

Deuoluimus nunc ad Verrucas: quarum progressim vnicuique obuiam nemo non dixerit, qui aduerterit genima esse illa nutritiæ lymphæ inspissatæ, seu coagulatæ; ac propterèa nos, quoniám coagulationem hanc affectum esse nouimus veneni in sanguine grossantis, indices iccirco illas appellabimus siue, quasi tesseras Gallicæ affectionis. Verrucis cognatæ sunt Bullæ, seu Uellicæ Cristalloides, ut potè que idem serum [á quo nempe illæ exordiuntur] agnoscunt authorem. Harum igitùr pars cum illis exicuus, nisi

Obserua.

VI
-00x3
-0017512
IIJ,
Verrucarum

quod

quòd aliquæ suprà *Glandem* prouenientes, quúm recèns à coitu fiunt, breui disparent impunè : quemadmodùm etiám omnis maliæ expers fuit illa notata à *Velschio*, quæ in Muliere, ex apice *Clitoridis* énata fere ad pedes usque propendebat ; quamuis ego non vessiculam crediderim fuisse illam, sed tumorem, vtut diaphanum, vtut pellucidum, ex cachectico corporis habitu & dictæ partis arcto aliquo confictu prognatum, potiusquàm ex Gallicâ infectione. Sed hæc per transennam.

Postremò Rhagades, siuè Fissuræ, aut Excoriationes túm *Mentula*, túm *Scroti*, vtcunque mali moris existant, hæud sunt inauspicatæ. Utium enim sanguinis supponunt magis, quàm inducunt, præsertim si solæ sint, hoc est nulli eiusmodi partium ulceri fuerint associatæ.

§. 4.

AD Repellendam autem Ulcerum sœvitiam præstat Vessiculas [vidé illorum origo] statim atque apparent lenceolâ aprire, planè iuxta monitum illud *Maronianum*, quòd se habet hoc pacto.

Sed

Sed non vlla magis præsens fortuna laborum, est
Quam si quis ferro potuit proscindere summum
Ulerisos. —————
Nám (vt alio eiusdem Poæta utar carmine)
Alitur vitium, viuitque tegendo,
Dùm Medicas adhibere manus ad vulnera
[Pastor
Abnegat —————

Quamobrém apertas implebis protinus em-
plastro aliquo suppurante, imprimis verò
Basilicon., cui granulum vnum aut alterum
Mercury Præcipitati adieceris, pro magni-
tudine affectus. Nám, quod hunc *Mercu-*
rium, caue haud ità indifferentè adhibeas:
Fibras certé is siuè carneas siuè neruosas,
&c. valdoperé irritare solet. Quapropter
cùm metum incutiat sempèr maioris inflam-
mationis, cum cautelâ debet usurpari. Utè-
ris autem illo prorsus omni iure, si noueris i.
vlcus velùt obsoletum ab omni prorsus phlo-
goseos suspicione vacare: deinde si eius callus
plurimum obduruerit, ac postremò, si *Glan-*
dem vlcus occuparit. Quippé in hisce casibus
non tam album, quam etiam rubrum *præci-*
pitatum diligentè administratum omne pun-
ctum ferre consuevit. Ac proptereá l'on doit
[si ità cum Gallis loqui licet] long tems me.,,

nager ceremedie, vt nimirūm vber puris efluxus obtineatur . Vertitur nāmque in hoc totius curationis cardo , & ne scilicet, quod ulcus peperit , idem virus posteā in venas repat . Suppuratio igitur diū diūque urgenda est , remedijs etiā in usum vocatis, quæ tūm illam promouere, tūm sanguinem ab omni labe præseruare possunt , cuiusmodi sunt interna , quæ intèr primum locum occupat V. S. , si præcipue inflammatio instet . Sed oggeris , Phlebothomiam in *Venerea* quāuis ægritudine cane peius & angue fugiendam : ad quod resp. non disputari hic à nobis nūm in *Veneris* conueniat , an non ; commendari tantūm in ulceribus vel inflammatiis , vel proximè inflammandis (ulcera enim præsertim *Præputij* nunquam non inflamatione periclitantur) Quamobrem cum receptissimum sit apud omnes (quod & Nos authopticis legibus ostendemus in aduersarijs nostris Anatomicis , *Dissertat. 2.*) non dari præstantius magisque præsentaneum ad arcendam phlogosim remedium ipsā V. Sect. , meritò intulimus hanc esse administrandam . Replicabis , attrahi hāc mediante *Venereum* pus in massam sanguinolentam , adeoque ex illa *Venereum* luem procurari ; Sed resp. , ægrè aucupari à venis salia præsertim

fixa

fixa [quæ nimirūm *Penis* vlcera producunt] vbi altè fibris fuerint impacta; & prætereá, nonné optabilius aliquandò foret ipsa lues inflammatione *Prapuy*, quæ præcipue gangrenam minitetur? Iunge, quòd post V.S.in usum vocanda veniunt alia auxilia, quæ sanguinem præseruare possunt á quālibet attractione: videlicet *Mercuralia*, in quorum censum, præter allatas cap. *Superiore*, ponam hic alias pilulas, quas describere consueui sub hoc exemplo.

Rx. *mercur. crud. s. q. therebentin. extinct. 3. R.*
senn. 5 rhabarbar. elect. puluer a 3. ii. i alap.
pulu. . i rhocisc. alkandal. 5 pracipit alb.
a 3.i. cum s. q. Syrup. de cichor. comp. f.S A.
Mass. pilul., de qua cap. M. 3.ii. superbibend.
in scul.

mitto exhibendi mōdum quòd de hoc penēs Medicum deliberatio esse debet: Ego illas quartā quāque die, ut plurimū, præstare soleo &c. linquo itēm alias receptas, quæ vel ipse mihi, vel alijs sibi fingere, aut ex alijs transcribere consueuerunt. Neque enim centones farcire institui, Sed tantū ea promere, quæ mihi quotidiano usu probata sunt, quale est etiam sequens Topicum.

Rx. *cadmia fossil., siue lapid. calaminar. 3. R. sul-*
M 2 *phur.*

phur., argent. viui a s. i. therebenth. q. s. M.
in formam unguent. addendo parum axun-
gia porci.

Habui autem hoc secretum ex Operibus Hen-
rici Regij: secretum, inquam, quia mirabi-
le in ulceribus *Penis* omnibus extirpandis ab-
que metu inflammationis, quae per mercu-
rialia præcipitata cieri plerumque solet. Verum
ni his alijsque *Digerentibus* morem gerat ul-
cus; sicque istius labia aut liuescant, aut du-
ritie adhuc maiore fermentur, inurenda-
erunt hec *Lapide caustico*, seu infernali; quo
facto admouebis iterum supradictum *Suppu-
ratorium Emplastrum*, idest *Cerat. Basilicon.*
præcipitato rubro permixtum ad escharam ni-
mirum eximendam. Porro hæc sublatâ, caute-
riū iterum appones, iterumq; exclusâ escharâ
eundem lapidem tertio, quarto, & successi-
ue quinto applicabis & donec vngulas, quæ
callum constitvunt, omnes excluferis, non
omissis tamen interim [vt hoc & nunc rur-
sùs repetam] internis *Alierantibus*, quæ san-
guinem à *Venerea* labe expurgare solent.

Enim verò siquando hæc intendenda sunt
in Phymosi & Paraphymosi intendi debent;
quod videlicet clauso ulcere pus in venas non
definat introduci. Et, quod externa, præmis-
sis

sis V. Sectionibus largioribus pro magnitudine Affectionis, intrudat Chirurgus in Phymosi, intrudat, inquam, vlceri sub *Præputio Epispasticum* aliquod medicamentum [nam caue irriteris] quale imprimis est illud *Henrici Reggij* suprà laudatum, alijs deindè siccis, seu nullo vngento delibutis, penicillis circà *Glandem* positis. Hoc enim efficiet, ne vñdor sordidus tam suprà *Glandem*, quam sub *Præputio* congregari solitus [quiique in *Penis* inflammationibus copiosius, magisque viscidus prouenire consueuit] ambas illas partes glutinis more conglutinet, vtque *Præputium* sensim ducibilitati initietur. In quem finem vtilis est pariter fatus ex vino, in quo furfur decoixerit, spongiâ exceptus, aut Creta sub aquatica Pollionum rotâ concrescens, imposita nempè loco extrinfeco tumidiori. Cœterò, ni *Epispasticum* illud à Nobis exper-tum, vtpotè vñctuosum, minimè placuerit, substitui poterit in eius locum sequens bal-samus.

Rx Sachar. saturn. & mercur. dulcific. a 3. i., mastic., myrba & calc. viu. puluer. a 3. v., tuth. g. xv., cum s. q. balsam. sulphur. thereben-tinath. misceantur exactè in formam lini-menti, quo turundæ aliquot intingant;, &

affecto admoueantur, cauteli postea adhibita, quam suprà diximus.

Ijs porrò sic administratis, si *Præputium* nihilominus restitet ac deduci non queat, ad Chirurgicam operationem confugiendum est. Sic autem de hâc expressé *De la Charriere*: Le Chirurgien, inquit, dans ce moment tache de débarasser les parties tirant à soi l'extremité du *Prepuce*, & introduisant à côté de la *Verge* un instrument en forme de ganif entre le *Gland* & la peau perce sans danger le *Prepuce*, & incise tout ce qui est compris entre l'instrument & l'extremité du *Gland*. Si une incision ne suffit pas pour le decourir, on en peut hardiment faire une autre du coté opposé. Au reste le seul mouvement de ces parties est capable d'étendre les fibres du *Prepuce*, de les rendres obéissantes, & de faire ensorte que elles se resserrent & se dilatent suivant le besoin de la nature. Factâ autem incisione (quæ in *Penis* medio, quæ *Venæ Pudende* propago reptat, minimè gentium celebrari debet) sanguinis effusio, si vberior fuerit, bolo armena; sin ita, solo carbaso, plumacceolis, tiliisue lineis excerptis [vulgo *sfilacci*] siccanda erit: mox vero *Præputium* iterum fouebitur vino calido supra-

supradicto, *Virgaque* porrò ad *Pubem* inclinata. *Æger supinus* dormire iubebitur: postridie uero *Præputium* sponte suā apertum; si in ita blanditè elatum stuppis lineis emplastro aliquo suppurante delibutis impeditur, quominus postindè *Glandi* adhæreat, incisuris etiàm ad hunc finem probè stipatis. Cæterò suppuratorijs auxilijs iam præscriptis ad dere nunc liceat & tertium, cuius hæc est formula.

Rx. butyr., vel liniment ex cera & ol. commun. tib. s., præcipit. rubri optimè ac subtiliss. triti s. s. Rite misceantur cultello super tabelam leuem. f. vng. ad us.

In isto quippè tantum fiduciæ collocauit eiusdem Author *Io. Bapt. Zapatta*, ut non dubitarit polliceri, sanaturum se ex eo *Genitalium* vlcera omnia, modò à *Venereo* tabo sanguinem vniuersum inficiente non fuerint incubata,; blanditurque in hoc illi eiusdem *Scolastes*, tale vnguentum proptereá *Divinum* vocans, *totiusque Artis admiratione dignissimum*, tracto in suas partes etiàm *Libauij* testimonio. Ego verò ut nolo probatissimorum *Virorum* Manibus molestiam facessere, sic malo mihi ipsi credere atque in propriâ confidere experientia: malo, inquam, *Arcanum de Cadmia* primo

primo loco descriptum usurpare, quām aliorum promissis etiām sesquipedalibus inhærente. Chirurgus nihilominus à successū discat eligere. Nám, monente proverbio, Optimum omnium Res indicabit. Coeterò vulnus [seu incisio, de quā suprà] siue vni siue vtrique *Præputij* lateri inflictum fuerit, apertum diù seruandum erit, seu donèc vlcus, quod huiusmodi inflāmationi ansam præbuit, ferè coaluerit, idest peruererit ad cicatricem. In quem finem abſtergentur quotidiē eiusdem cęſuræ labia vnguento de *Muccillaginibus*, cui tantundem cerati *Vigoris de Ranis cum mercurio* admixtum fueirit, imò anatina etiām portio, si prefata labia nonnihil obduruerint: interim quòque, quòd ad phlogosis illa *Præputij* perdurauerit, minimē temperandum erit ab vſu fomenti præcitati, cautione paritèr sempèr adhibitâ, ne *Colis* incongruum situm teneat, hoc est, vt paruarum fasciolarum adminiculō ad Pubem continuò inclinetur. Moneo tandem, circá Chirurgicam operationem, ne in vetere Phymose præcisiones fiant, sed scarificationes. Etenim, vbi *Præpuīum* totum vlcus est, cum illis opera luditur, cum his, non ita. Quod Paraphymosin [tumorem scilicet *Præputij* inuersi] hæc initio ac protinus

extur-

exturbari debet , metu Strangulationis Vrethræ, quæ vtut accidat nonnunquam etiam in Phymose plerūmque tamen ab hâc abesse non consueuit, quemadmodum & gangrena *Penem* in hoc statu facilius inuadente. Imprimis igitur tundetur Vena : fomentum deinde, ac *Suppurantia* auxilia demum exhibebuntur, quæ porrò stylo suprà absconditum vlcus intrudes. Post hæc, adducetur *Præputium* suauiter ac blandè suprà *Balanum* ita videlicet, ne compresso apice , istius *Crona* intumescat magis. Quippè sic, *Præputij* plicæ retrorsum potius, quam antrorsum impellerentur , vt notare liberum est cuique pollicem *Glandis* vertici admouenti &c. Tali autem operâ ni *Præputium* reduci poterit , lateraliter probè, ac transuersim præcidetur, hinc nimirum, vt ab vlcere illinc , vt à *Coronâ* euadat, adhibito ad id prorsus eodem scalpro , quod in Phymose laudauit *De la Charriere*, scalprum inquā advncum instar cultelli scriptorij,ac perexigvum: in reliquis verò procedetur deinde vti suprà narratum fuit de eiusdem Phymoseos operatione , incisionū curam Naturæ , ceù quæ ipsam pedetentim molitur, demum remittendo. Coronidis gratiâ dicam esse aliquot, qui ad dictas inflam-

mationes commendant plumbeas *Fallopij* canulas, itèm alias *Nicolai de Blegny*; sed Ego, præterquamquòd impendio superfluas, in eo etiàm noxias comperi, quòd, dùm tempus teritur in earum vsu malum sæpè exasperatur, gangrænâ scilicet nonnunquam interueniente: dicam rursus, Tumores *Præputij* aqueos à *Gonnorrhæâ* & *Venereo* Bubone pendentes peculiarem non admittere curationem; fouendos duntaxat esse cum vino tepido totiès laudato, interim verò & causas omni studio remouendas. Cœterūm aquei vocantur iij tumores, cùm tamen rubicundi sint ijsque similes, qui *Phymosin* & *Paraphymosin* comitantur: censeo nihilominus sic dictos, quòd adiunctam habeant notabilem pelluciditatem, cuius causæ ostendentur infrà; dicam denique, quòd *Phymosin*, hanc biduo prætèr proptèr, triduo etiàm, aut aliquanto plùs interdùm disparere, spretâ nimirùm illius sanatione, errore aliquo in vsu rerum non naturalium commisso, Chirurgi segnitie, aut postremò ex delectu remediorum inconsiderantiùs habito. Quippè ex hinc cruro, præser-tim qui maximè inquinatus fuerit, in venas absorpto, nil amplius supereft ad *Præputium* inflammandum. Væ nihilominus Ægroto!

Nam

Nàm multa ipsum post errores eiusmodi expectat pœnitentia. Sic vidi non paucos iàm de de tali euentu loetantes , & qui postmodum Articulorum doloribus , Pustulis , alijsque Morbi Gallici Satellitibus circunuenti , gaudia in luctu commutarunt .

Ad versum. *Tumores ergò aqueos appellauero ego potius Vessiculas crystalloides in vniuerso Pene*, præcipue verò ad *Frenum Glændis* prouenientes , & quæ heic ideo frequentius contingunt , quám in alijs locis, propterea quòd nerueç eiusdem partis fibræ tam validæ sunt, tamque strictim vnā cohœrent, ut serositati à nutritio sycco separatæ coercendæ sufficiant; non sic alibi , vbi nimirùm infirmiores citius franguntur , atque vlcus addivunt vt plurimùm . Sed , quòd concernit curam ; spectatas porrò eiusmodi bullas *Lanfranci* collyrio [cuius nos descriptionem hic non damus , quia notissima] aut alio simili remedio exsiccare , sicque extirpare decet: quod nisi succedat , perforabis eas aciculâ delicate , siue ita bellè , nè subiectas fibras pungas ob plura incommoda , imprimis autem ob gangrenā , que in tali casu facili negocio contingere. Iamque transfixas, ac perforatas imbues protinus aliquo ex vnguentis

II.J.
Crystal-
linarum

tis *Suppuratorijs* suprà descriptis, diùque id
præstabis, vsquedum tandem ipsas puluere
cerusse, aut *Tuthia* cicatrizare conueniat.
Quòd si proptér aliquam implicantiam, aut
accidens improuisum, gangræna forté oborta
fuerit, ad sequens auxilium confugietur, cu-
ius opem & in alijs consimilibus circumstan-
tijs implorare poteris, nimirum

Rx. lixiij ex ciperibus fermentor. t. viij. fol.
thym. , rorisma in. & absynt. a. q. s. Coq.
simul spat. quadrantis hora. Colat. adhuc
calenti add. sal. armoniac. 3.ij. ; sublimat. cor-
rosiu. 3. i. frigid. verò adde myrh. 5 aloes sub-
tilis. puluer. a 3. i. f. foment.

IV.
Verruca-
rum, &
Excoria-
tionum.

Accedunt vltimò Verrucæ ; pro quarum
expugnatione nisi machinas *Gallicam* reper-
cutientes adhibeas, frustrà allaborabis : illas
inquam machinas sine quibus quamlibet *Pe-*
nis infectionem, hoc est à meretricio viru con-
tractam ægritudinē, nunquām perfectè satis
euinci posse diximus, ac nunc iterum admon-
emus. Coeterū Excoriationes, siue Rhaga-
des, cessant causà paritè cessante : interim
ne inualescant, vel ipsis pulueribus suprà
adnotatis poterunt impediri.

ARTICVL VS POSTERJOR

De interiori Virilitate laſa.

§ I.

SVprá in p̄fatione ea , quæ poteramus meminisse de externâ *Mentula* structura , enarrauimus . Reliqvum est igitùr , vt hoc conuenienti Instituto nostro loco de Internâ , quantum de hac habemus exponamus . Videlur nàmque mihi conuenientèr satis disputationum non fuisse ab Anatomicis de lymphæductibus , qui *Penem* peragrant , imò ne verbum quidém ab aliquibus fuisse factum . Quamobrèm hoc saltim heic abs me non est p̄termitendum , cui scilicet tales rivulos sæpenumerò aduertisse contigit . Uidi quippè in Viris Bubone *Venereo* ulcerato , iàmque adeò ablatis Integumentis *Inguen* longè latèque depascente , vexatis Glandulas huiuscē nominis Vessiculosas , quæque ibidèm palàm prostatant inflatæ , emisisse inferiùs , nempè ad Cutem Os *Pubis* inuestientem , tres eiusmodi surculos , imò & plures aliquandò , crassos , albo colore saturos proptér nimirūm lympham ab acido *Venereo* in ijsdem coagulatam] & qui obindè primâ facie Nervorum similitudine imponebant : extare interim in

J.
Obserua-
tio Anato-
mica de
Lymphæ-
ductibus
Penis.

Præputio tumorem aqueum in Phymosi apparet solitum, circà tamen vllum eiusdē vlcus. Ob quām causam arbitratus sum denique lympham illam acidam motui ineptā stagnasse protinūs in dicta cute ibique sanguinem infecisse &c. Nām de his alibi. Ergò, quod impræsentiarum: mihi certè prō irrefragabili est dari in *Pene* vascula lymphatica nec quisquam paritè refragabitur, qui nouerit eadem in alijs corporis partibus vbique reperiri, circā membranas præsertim, ligamenta, & nervos. Qui igitùr, & cùm illud *Membrum*, si quod aliud, hisce tribus constet instrumentis, vasculis tamen illis penitus destituatui? Sed, vti clarè ad spexeram tales canaliculos à Glandulis *Inguinalibus* ad *Penem* procedere, itá nondum adhuc liquidó innotuit, an lympha in hoc expansa in illis recolligatur[vt vulgaris de vsù glandularum Veinculosarum fert opinio] aut ab ysdem protinūs in *Penem* distribuatur. Etenim id ligaturis euincere nunquām datum fuit: prelio autem vasculorum ob coagulatam in ijs lympham non succedebat. Dicam itaque potius quòd, sicuti talem succum vidi oppidòe glandulis Jugularibus in Oesophagum defluxisse[vti nempe suo loco ostensum est, *Dissert. Anatom. I.*]

com-

comperique aliàs é glandulis Meseraicis ad Intestina deuolutum s[ed] vt fusè demonstrabitur *Dissertat. 2.* ità ab Inguinalibus , quæ mòx recensitis congeneres sunt , glandulis , lympha procedat . Nèc vacat coniectura ; nàm , quemadmodum alibi OEsophagi ac Intestinorum interiori linitioni dicata est lympha , cùr non etiam heic Urethræ lubricationi ? Profectò si hanc compares humori in dictam Vrethram transudanti per minimas glandulas , seu potiùs canaliculos , à *Laurentio Terraneo* nostro anaglypticé delineatos , dices neutrum ab altero differre . Præterea , nonnè liquor , seu crassamentum illud fordidum intrà *Glandem & Præputium* exsudans prouentus est lymphæ potiùs , quàm sanguinis ? Cor certè irâ mihi succeditur [vt Poëticè sic aliquandò loquar] quotiès audio Anatomicos reticulata quædam , ab ijs tamèn nunquam spectata opera effingentes initio cuiusque glandulae [etiàm Miliaris] quorum ratione recrementa segregari volunt . Uerùm vt non est præsentis loci hanc Diatribam instituere [nimirùmin aliud tempus , *Dissertat. 2.* suprà enunciata , verbo reseruato] ità dicam nùnc , vide ri magis rationi consentaneum , quod lympha ab *Inguinalibus* glandulis deriuata Vrethram

thram, *Glandem ac Præpuium* interius obli-
nire pergit, minimè verò sanguis ab arte-
rijs proficiscens, vt qui succum nutritium
potius suppeditat: de monstrare id præterea
ipsam glandularum Vrethræ Disgregatarum
Structuram vtpotè oblongam, idest ductibus
lymphæ continuam; ac denique Situm. Quan-
doquidèm eæ medium solummodò Vrethræ
partem, idest anteriorem muniunt, posteriore
hinc ab Adstitibus glandulosis à laudato *Ter-
raneo nostro* inuentis, indè verò à *Parastatis*
irrigatâ.

II.
Sydenamij
opinio de
Sede Gon-
orrhœæ.

Atque hæc quidém prælibanda erant ad
maiores etiàm dilucidationem Historiæ,
quam in sequentibus daturi sumus, de Go-
norrhœa Virili. Nàm clarissimus *Sydenam*
censet morbum illum in *Penis* glandulis mi-
lliaribus suprà citatis stabulari: *Contagio* hac
[loquitur de Pellicum venenofo vdore] car-
nosam Virgæ substantiam, quantum ego iudico,
primum adoritur; quam quidem corruptens,
ydemque primó inflammationem, mox ulcerosam
diathesin sensim inducens efficit ut sanies, qualem
in Gonorrhœa cernimus, in Vrethram lente extil-
let: quod ut credam hac ratione promoueor. Ip-
se scilicet vidi virulentam huiusmodi materiam
per substantiam Glandis porosam exsudare, non

per

per Urethram ejectam, nulloque ulcere vel Glandem occupante vel Præputium. Sed an ritè censuerit, videant Anatomici! Ego certè comprehendere non possum quomodo *carnosa* Virgæ *substantia* corrumpi queat, absque quod humores ibidèm existentes pariter corruptantur, idèst fermententur: et si hoc, nil mirum si solito vberior fœtidi tomenti prouentus ad *Glandem* fiat aliquandò ex concubitu cum muliere pollutà. Memini ego etiàm plurimorum, qui *Membro* in eiusmodi latrinis solùm leuitè intincto, albâ fanie postmodùm plorarunt per *substantiam Glandis porosam*, etiàm circa ullum *ulcus* [quod & *Artic. superiore*, ni fallor, adnotaui] Verùm ploratus ille non erat effectus *corruptionis in carnosa* Virgæ *substantia*; sed fermentationis in eiusdem succise cuius quidèm fermentationis argumentum est semper maior prædicti tomenti fluxilitas; quâ occasione licet rursús aduertere, quod Adolescentum, quotquot id contigisse comperi neminem obseruaui qui aliquam *Pudendorum* labem fuerit expertus, veneno nimirùm sic ex illi fermentatione attenuato, ac per *Penis Glandem* expurgato. Vbi adeò pariter est adnotandum, sedimentum illud, totiès nominatum, sobolem esse lymphæ à glandulis In-

O

gui-

guinalibus prouenientis, vt suprà docui. Cœteró etenim non sic fuisset emunctum, sed potius à venis interiùs adsportatum.

IIJ.
Vera ei-
usdem
sedes.

Quærenda igitùr alibi Gonorrhœæ se-des: atque hanc quidèm esse glandulas vul-gato nomine *Prostatas* dictas tām receptum est, quām quod maximè. Ambigitur nihilo-minùs adhuc vel ab omnibus, quonā tramite meretricium pus eó feratur? Generosus *Et-mullerus* putat id post excretionem seminis virilis se insinuare in Vrethram *Penis*, ibique se affigere, ac per meatus à modò exereto se-mine patentes in *Prostatas* p̄dictas se in-ferre. Verūm, quāmvaldè à viâ, vt aiunt, ab-erret, indicio est hoc, quòd nempè emissō masculino semine muliebre itēm iām effusū est; Vrethra autem *Penis*, quandiu illius eiectioni incumbit, posterius admittere non potest. Quamobrèm & hoc eo interim friges-cat decet, ac proptereà impar euadat cœ-cis Vrethre meatibus permeandis. Quid! quòd hæc interdūm etiām educto è *Vagina* *Pene* semine stillare solet! Qui igitùr aliud liquidum admittat? Linquo, quòd tubuli ab Vrethrā in *Prostatas* transeuntes valvulis ditati sunt, adeòque extranei cuiusuis corpo-ris intrusioni resistunt. *Archiatris Monspellien-*

fes

ses [saltēm à quibus hoc audiui] in eâ sunt firmissimi sententiâ, vt existiment dictum pus primò se intrudere in Corpora Nervosa; tūm verō motu corporis impudico propelli ad *Prostatas* penès illorum fibras. Contrà quos tamē clamat experientia. Qui enim corporis gyrationibus atque occurribus infandis mobiles veneni particulæ in Nervosa corpora introductæ cōpellantur ad ipsorum basin, si influente tūm alacritèr cruento spiritu pro *Penis* eretione indè potiùs repelli debet? et quid præterea, si *Bromium* [comico vocabulo] in Cauitate verè nauiculari innatet potiùs, quam ut pressuram sustineat? Iunge, quod Nervosa Corpora ad *Pubem* desinunt, inque istius os inseruntur, non ad *Prostatas*; ad quas adeò nullæ *Penis* fibræ [si demas, quæ Urethram constitvunt] vltimò terminantur. Denique non desunt, qui Venas auocent in causa eiusmodi transmissionis. Sed, quoniām venæ [Hypogastrica & Pudenda, quæ duæ *Peni* vnicè consulunt, atque altera quidem per interiora eiusdem expatiatur, altera per exteriora] rectâ Iliacam internam. inеunt, videretur sanguinem antè contaminandum esse [vnde & non raro aliqui absque prægressâ vel minimâ *Pudendi* labe in luem

præfocantur] quām vt Prostata ad Gonorrhœam disponantur . Loquar itaque cum Blancardo : *Viae, per quas humor iste, seu potius venenum (meretricium audit) in Prostatas ducitur, non adeo sunt manifesta, ideoque res hic accurate rimari opportet. Per arterias, adduci nequit, quia vasa hac sanguinem quidem adducunt, sed nunquam versus superiora reducunt; neque vena esse possunt, quoniam illa ex omnibus partibus sanguinem superfuum ex tenuioribus vasculis ad maiora & ampliora reuehunc: neque nerui, neque vasa lymphatica sunt. Quales itaque vias demonstrabo? &c. Dico me peculiares ignorare vias. Quod si nihilominus in re dubiâ coniecturis uti licet, dicam hoc saltim à nemine contendi, virus nempé illud à pellice eiectum è Lacunis Vaginalibus propudij tempore descendere in magnâ copiâ per complures foraminulos circâ Glandem Clitoridis existentes, parique impetu irruere ad radicem Penis tunc in Vulvam intromisi. Quo stante haud improbabile videtur posse eiusdē salia, præsertim volatilia, & quæ dicto tempore adhuc magis fuerint attenuata: posse, inquam, penetrare in substantiam Penis spongiosam tūm etiā apprimè rarefactam, beneficio imprimis serofæ partis sibi prouehiculo inseru-*

seruientis, nec nisi à *Prostatis* medioxumam eiusdem *Penis* regionem occupantibus, vltimò remorari. Quibus si adiungas analogiam, quæ est inter *Lacunas* muliebres & *Prostatas*, ambarumque humores, concludes ad extremum, virus suprà enunciatum has nullo negocio debere impetrare. Posset etiam dici, quod, penetratâ carneâ *Penis* substantiâ, etsi *Vrethre* exteriorem partem inuasvrum esset duntaxat; nihilominus tamen, quoniàm hæc continua est cum *Prostatarum* parenchymate, pedetentim, ut scintilla in escam, ita idem virus in illud se se insinuet, & cùm maximè perbreue sit iter è radice *Penis*, quò nimirùm id eiaculari diximus ad *Prostatas* præfatas. Quid? quod è ratione minimè videtur, si vtrumque accidat, præcipuè cùm venenum illud partes, quascunque lympha proluit, impetrare consueuerit ob analogiam originis; sive que tūm *Vrethra* spongiosę parti, tūm & *Prostatis* adhærescere. Quicquid sit: sufficit indagasse quamobrèm id ad *Astites* eiusmodiperueniat in quo iterum non audiendi sunt, qui autumant has non esse virilis Gonorrhœæ sedes. Quippè licet in cadaueribus hoc morbo infectorum obseruatæ fuerint à nonnullis

Prostatae benè habentes, quid mirum? Fermentando etenim non corrodendo, Gonorrhœam agit virus totiès depraedatum. Quæ resest, vt solidè illarum partes non nisi à longo temporis tractu labem contrahant vt in sequentibus ostensuri sumus.

IV.
Et Pro-
cessus
Morbo-
sus.

Ergò virulenta salia lymphę *Prostatarium* nupta, mediantibus videlicet oleosis hamis consimilibus, idest à *Prostatis*, siue *Lacunis* muliebribus [vt dictum fuit] elaboratis, quoniā post cum eiusdem moleculis, vt potè acidulis, non autem acribus, congruere non poterunt, intercepto iecircò ethereæ materiæ per has influxu, planum est rotatura se se circum istarum angulos, obuersantesque oleosos flocos ità inflatura, vt, cùm in confueto carcere consistere amplius nequeant, foras, tanquam ebulliendo, ij exspumare cogantur. Atque hæc quidem ratio est, cùr in principio tenuis apparet Gonorrhœa. Processu námque fermentationis, quandò virulenta salia vná quòque eructantur, filamenta illa lucem reflectunt, vt coctum quid, siue albedinem repræsentent. Haud ità tamen eructantur præfata salia, quin aliqua ipsorum pars in *Prostatis* sempè restitet, vt fermentum, quod lympham deinceps prouen-

uenturam in sui similem fingat , sique diū fluxum cieat illum , qui *præternaturalis* , *involuntarius* , *intempestivus* materiae cuiusdam , vulgo , *excrementitia* & *corruptæ* propterea appellatur , *Galeno* , etiā *perpetvus* . Quo ita se habente , non renuo , inuentum iri nunquam ab aliquo vestigiū ulceris in *Prostatiseius* , qui ab vno , aut altero mense Gonorrhœicus factus sit , adeoque fidem in hac parte promereri *Blancardi* testimonium , qui nempè in duobus cadaueribus illud non reperit ; sed nec propterea censeo detrahendum quidquam *Virsungo* , qui idem obseruauit in tribus , omnimirū diuersam , seu diuerso à Gonorrhœæ exordio , tempore celebratam cadauerum sectionem . Sanè quippè ineunte morbo aperiuntur vascula sanguifera , quæ interiorem *Prostatarum* ambitum peruidunt : quod videlicet perseverante fermentatione ac inclusi humoris turgescentiâ sicuti is extenditur , ita illa denique disrumpi debent . Indicium profectò huiusmodi rupturæ est flauedo , quâ Gonorrhœa tingitur tunc temporis : ac tūm porrò nulli dubium fuerit , quin ulceris in *Prostatis* inchoetur . Verūm quod & ab initio hoc fiat , non credam . Lacerantur equidem ab initio sphincteres , seu fibræ con-

strin-

Stringentes ostiola meatvum, per quos *Prostatae* hiscunt in Urethram, propter scilicet affictum acris materiae incessanter preterlabentis; minimè verò tubulata portio, aut granula glandulosa, quæ medullam earrundem compingunt. Hæc etenim, nisi ab ulceroso miasmate extrinsecus fuerint adorta, nil perforunt: laniata verò, & vasis sanguineis, lymphaticis, roriferis vñā descriptis, Gonorrhœam dant Protheiformem, seu mille coloribus præditam.

§. 2.

J.
A Gonor-
rhœā in-
comoda
in Prosta-
sis.

Jam verò modò indicatam Sphincterum divisionem plures argvunt in causâ Dyssuriæ quæ ipsis Gonorrhœæ primordijs intervenire solet: quod videlicet non attenderint ut illa, vel antè, quam hæc incipiat, prestatum sit. Quippè alitèr, erosionem lentam, seu quæ nonnisi à longo tempore contingit, tam immerito non inculparent. Sciscitaberis ictu circò, unde-nam igitur talis ardor cieatur? Resp. ex Urethrâ congruè satis à proprio humore non oblititâ, imo & ab eodem persæpè vellicatâ. Nouimus etenim istum, ut & succum *Preputij & Glandis*, foetus esse, veluti gemellos, lymphæ ab *Inguinalibus* glan-

du-

dulis emanantis. Hoc posito, certum est quod
inficit um liquamen muliebre, sique, ut iam
alibi dictum est, volatile redditum & aquo-
sum, in secessu suo in *Penem* impingere debet
in lymphæ ductus à nuper memoratis glan-
dulis procedentes, seque adeo cum eadem
lymphâ commiscere: quo facto, ut hæc fer-
mentet necessum est, ita acido-volatileibus
particulis exaltatis, oleosisque staminibus ex-
tentis [hoc est ex hamatis in filamentosas
moleculas conuersis] humor posteà ad Ure-
thram transiens solito tenuior nec non ma-
gis fluxilis habendus erit. Iamque ex hæc flu-
xibilitate quoniām præfata stamina oleosa
intersticijs fibrarum, quæ telam eiusmodi
meatum [scilicet vrinarium] inuestientem
contexunt, adhærere nequeunt, fiet, ut ab-
lato, veluti munimento, vrina porrò armo-
niaca sua salia exerceat in dictam telam, ad-
eoque intèr mingendum cruciatum excitet
illum, qui à calore Vrinæ Ardor appellatur.
Quamquam, circà huius causas dici etiam
potest quod exaltata salia lymphæ supra-
dictæ, rursusque ab interueniente lotio ma-
gis acuata & in actum exerta ardorem illum
augeant, vt est manifestum, ac denique quod
Prostatis ad fermentationem dispositis, vri-

na proximè transiens calefiat, quò magis in-
ermem siue potius dilutam, quam delinitam
Vrethram perfodiat. Verùm quicquid de
his sit; lympham certè initio Gonorrhœæ
fermentescere in *Mentula* declarat iterum.
Urethræ muccus, vt qui dicto tempore lim-
pidus instar aquæ, ac tenuis labitur ex eius-
modi canale, sicque sordidæ ægritudini pr-
æludit: declarat, inquam, vltérius alter hu-
mor lymphaticus, nimirùm *priapina* smor-
chia, tunc etiàm solito liberaliore prouentu
exundans; ac tandem rubedo *Glandis* ex vi-
rulentis fermentantibusque salibus eius fi-
bras crispantibus, inque istarum interstitijs
sanguinem remorantibus, vt consideranti
patescit. Hac occasione non simulabo dubita-
re me, an aliquis è ductibus lymphaticis su-
pradicis è *Pube*, atque è radice *Penis* refle-
ctat ad *Prostatas*: in quo casu liquidó constaret
via venenati miasmatis ad has glandulas. Sed
oppones quòd, quemadmodum fluxio humo-
ris Vrethram oblinientis, alteriusque intrà
Glandem & Præputium transudantis breui cef-
sat [lymphâ videlicet, quæ infecta fuerit,
expurgatâ] sic in tali casu parùm Gonor-
rhœa perduraret. Ad quod resp. venenum
ad *Prostatas* deriuatum in datâ occasione et-
erna

erna semina iacturum : quandoquidem illarum vessiculę, ambages, sinus &c. hæc diū asseruare & multiplicare valent . Postremò dari tales lymphæ-ductus à glandulis *Inguinalibus* ad *Prostatas*, ostendit *Bubo Venereus*, qui Gonorrhœæ aliquādō superuenit prop- tèr impeditum scilicet lymphæ accursum ad hæc *promptuaria*, factamque iccirco stagnan- tis huiusmodi liquoris in ijisdem ductibus co- agulationem &c., vt ostedetur suo loco.

Nunc reuertendo ad Sphincteres porvlorū per quos vligo *Prostatarum* transilit in Vre- thram , liquet abradi hos pedetentim ex discessu salium successuo , eorum nempè, quæ nouimus echinatam formam induxisse. Qu- ippè illorum angulis contrà tales fibras de- uolutis hæ tandem excalpantur necessum- est . Sed exemptę non tam liberum concedunt exitum recreemento in *Prostatis* ebullienti ; verùm prætereá eleuantur ac producuntur sic , vt in tuberculæ molestissima ex crescant. Fiunt etiām hæ carunculę in reliquis Ure- thre partibus , vbi nimirūm constrictorias glandularum disaggregatarum fibras lacerari contingit : quanquam , vt plurimum , im- primuntur ibidem vlcuscula , quæ mingendi molestiam haud parū adaugent . Et quod hanc

IJ.
In Vre-
thrâ

molestiam siue ardorem; persentitur iste vel maximè ad culmum *Penis*, propterea quod neruae Vrethræ fibræ initio exilmæ, neque ita atque in alijs partibus simùl compactæ sunt. Quocircà vt in excretione seminis voluptate Animum afficiebant, nunc intèr vrinandum affligunt acriter. Cœterum acrimonia salium predictorum, quæ videlicet insunt mucco è *Prostatis* in Vrethrā salienti tempore Gonorrhœæ, vel hinc arguenda venit, quod obseruauerim in nonnullis Vessiculas ibidem excitasse ijs consimiles, quæ vel igne, aut Causticis producuntur; plerūmque tamèn eç vessiculæ humore vacuæ inueniebantur. Ex eo itidem deprehenditur quod in exitu suo ab Vrethrâ sic *Præputium* proritat nonnunquam, vt impedito sanguinis regressu phymosin pariat. Mitto excoriations, quæ in *Glandis Fræno* ac per totum Vrethræ ductum ab iisdem salibus patrari consueuerunt. Intereà, crescente in *Prostatis* fermentatione, harum peripheria ampliatur quæ res est, vt, cùm venæ ac arteriæ iuxtâ transeant, sanguis hinc impensé rarefactus influat in *Penem*, indè verò magis condensatus sursùm remeare nequeat ad Cor, impediente nimirum etiàm venarum strangulatione

tione: ex quo tandem sequitur, ut idem *Penis*, ac ptesertim ipsius *Glans*, infletur valdoperè ac rubescat, concurrente ad hoc etiam multum situ istius *Membri*, quod incline se habere solet. Namque vt errigitur, dolorem intensissimum affert; & ratio est, quia sanguis, cùm refluere non possit, Nervosa corpora valdoperè extendit: Intendit autem interdum sic, vt illius erectio longum perseueret: qui morbus propriè Satyriasis audit, seu Priapismum; neque aliam, in nostro casu, agnoscit causam, prætèr extraordinariam illam *Prostatarum* intumescentiam, cuius ratione sanguis in Nervosa Corpora se diffundere coactus horum fibras ampliat, nonnullas vero etiam disrumpit, Quid quod & aliquando inæqualis est eiusmodi turgescens; quando scilicet talium *receptaculorum* alterum inflatur, altero in statu suo naturali permanente: ac tum porro *Mentula* iam erecta in partem inflatae oppositam ferri debet, hoc est, si dextera Ex. gr. intumuerit, in sinistram torqueri, indito proin nomine huic morbo Chordatæ Gonorrhœæ. Nec satis. Namque eadem, *Virgæ* si Vrethræ vuilli alcibi discissi fuerint, intenta quidem, ast submissæ, tanquam pudibunda, solum contuebitur

tur. Comitatur autem continuo hos affestus, imo & licet desint, vel ipsam exorientem Gonorrhœam tensio per totam Vrethræ longitudinem, quæ sané nihil aliud est, meo videri, quam effectus præcitatæ *Prostatarum inflationis*: qualis est præterea [et quam immerenter ultimo loco recensemus] Vrethræ angustia; utpote quæ mictus difficultatem dolorificam ante alia inuehit. Atque tam fastidium istud quā dolores prænarrati, interdiū minus, noctu verò magis intendi cōsueuerunt, proptereā quod lympha [in quā & Gonorrhœam & coetera *Venerea* radicaliter s̄isti docui] cessante luminis actione egrius mouetur, salibusque instruitur magis fixis: id nimirūm, quod & Podagra, & reliquæ defluxiones abbundè commonstrant. Sed quandoquidem de doloribus sermo incidit, non post habenda hic est Lumbago, seu Renum dolor, quæ Gonorrhœam sempèr excipit, fitque (ait eximius Præceptor meus *D. Petrus Chirac Professor Monspelliensis*) 1. aut vellicatione quūm salia sanguinis inuolucro sulphureo destituta, qualia sunt, aspera ac laterosa per Renes excernuntur. 2. aut distensione proueniente ab ijsdem salibus magis fixis, seu grandiori mole ampli ficitis. Unde eit

pro-

profectò, quòd Renum elices vel carpi, vel extendi debent; vtrumlibet verò in nostro casu. Siquidèm in Gonorrhœâ dispendium est maximum partium sulphurearum: ex quo licet conycere salia sanguinis nullo, adsummum crasso, tanquam tomentoso, sulphure amicta esse: et, si posterius, tensionem in Renibus augeri debere: si prius, punctionaria tela. Tales quippé moleculæ nullo discrimine rotabuntur per illorum tubulos membranosos, tūmque suas cuspides adhuc fortiùs impingent in horum fibras, vbi ab vrinoso phlegmate per interualla recurrente fuerint dissolutæ. Quamobrèm tot inivrijs monitus eò se conuertet Anjmus; et sicuti ignavus est Autopsiæ Corporis sibi in carcerem concessi, itá dolores illos referet in lumbos qui contrá Renes, gerebantur. Hæc ni tamèn placent in explicatione doloris memorati, dici quòque poterit quòd *Prostatis* vel seorsim, vel vnà cum *Vessiculis seminalibus* per vehementem fermentationem turgefactis, contrahuntur nerui, qui á Renum pelui, medio intèr ipsas *Vessiculas* & *Vasa deferentia* loco se in priorum substantiam ingerunt, à quibus posteà ad *Prostatas* propagantur. Hac enim ratione facile intelligitur, cùr ille,

Ren-

Renum dolor tensivus plerūmque sit , quasi
nempē in eo Renes tanquām per funiculum
intendi videantur ad Os Sacrum . Reman-
ent pauca de solutā Vrethre vnitate : nec
vacat loqui de Ulcusculis , ni fortè mon-
ere hic deceat , ipsorum ambitum semper
esse callosum proptér membranæ dictam .
Vrethram inuestientis structuram callos in
ulceribus gignere aptam , vt significauimus ;
de Thymis & Verrucis etiām pauca fabimur :
quòd nimirūm è genere Pensilium hæ sem-
per sint ob ipsam modò allegatam fabric-
am tunicæ prædictę . Tantùm sermocinab-
imur de Carunculis , quas gigni nouimus er-
osis fibris , & quæ in cincinnum postea reuolu-
tæ sic à nutritio succo fuerant conglutinate .
Animus quippé in eo est maximè , vt exa-
minem ferocem illam Hyperfarcosin , quę
in Gonorrhæā vt plurimum vel non sanatur
vel etiām curata multa postindè linquit in-
commoda . Pro quo ideò ivuat recordari emi-
nere in Vrethra proxime , atque ē regione
orificij Vesicæ urinariæ parvum *Septum* ità
comparatum , ne semen ab uno latere erum-
pens in osculum alterius lateris impingat [Ves-
iculae enim *seminales* utrimque desinunt , ibi-
dèmque per geminum orificium exoneran-
tur

tur] circà quod adstant vbique excernicula *Prostatarum*. Quo stante, planum videtur infectam istarum muccaginem, diùque illac præterlabentē debere abradere pedetentim illius fibras; hæc autem abrasio contingere nequit, absquequòd vuilli disrupti sursùm attollantur. Quamobrèm accendentibus à tergo humoribus simùl incrustati denique in Carunculam abire debent. Hæc itaque communis est opinio de prædicti *Septi*, sèu *Verru-Montani*, aut *Capitis Galli Gallinacei* [sic etenim etiàm appellari consueuit illud *Septum*] Carunculâ *Venerea*; verùm an hæc crebriùs contingat, an illa Valvularum, quæ vtrique oculo eiusdem *Capitis Galli Gallinacei* præpositæ sunt / ne videlicèt semen in Vrethram iugitèr emanet] hoc est, quod non credo. Siquidèm constat has longè inferiùs collocatas esse à Cristâ nominati *Capitis*, adeòque magis obnoxias incursionibus veneni *Prostatarum*, quám ipsum *Caput*: ac proptereà existimauerim caruncularum, quæ *Verru-Montani* atribvuntur, maiorem partem esse eiusmodi Valvularum; quod vt credam facit hæc obseruatio. Ipse nàmque noui complures, qui ab Hypersarcosi in Vrethrâ probé sanati: eo nihilominùs calamitatis adacti fuerant, vt

Q

non

Observat:

non amplius int̄er coeundum semen emitte-
rent; verūm hoc tantūm peractā re, ac de-
sidente iām *Priapo* sine delectu & eiaculatione
prodigerent: id nimirūm, quod tūm in aug-
mentum & decrementum dictarum Valv-
ularum iām anteā stupratarum diuerso tem-
pore factam repetebam. Sed quicquid sit de
sede: Carunculæ eæ certè meiendi negocium
non parūm faceſſunt. quandoquidēm Vretrh-
am vel omnino, vel partiatim tantūm, conſtip-
ando, accedente iugiter *Proſtata* ū turgescen- iā
[quā nempē tubum illū vel à primordijs Gon-
orrhoeæ angustari nouimus] Stranguriam par-
iunt, aut adminimū vrinę ſtillicidiū sympto-
matibus grauiffimis ſtipatum. Etenim primò
Dolor acerbus est; quòd vrinosa ſalia adhuc fe-
ruentia ē Vefſicæ orisicio ſtatim irruant in di-
ctos obices. Deindè vlcus gignitur. Nām ve-
licatis fibris stagnat ſanguis illuc transiens
vt tandem vafcula diſtrumpat; vel his à cir-
cumfluente fanie excifis inflammatio pangit
debet, atque abſcessus. Tandem verò ſuper-
uenit & Gangrænōſis, deturpato iām ſanguine,
aut poſt prauam curationem.

Relabimur nūnc autēm tertio ad Sphinct-
eres *Proſtatarum* [& ne ſciličet obliuifcaris ali-
quando, Gonorrhœam iunctosque morbos ab
eius-

eijsmodi laticibus hauriri] Diximus enim illos à prætereunte acri lymphâ sensim abligiri , sicque breui denique disiectos liberum exitum eidem linquere. Succedunt nunc ergò valvulæ , quæ sunt quedam velut apiculæ appositæ singulæ cuilibet excretorio poro , impediuntque quominus hi obturentur , nèue extrarium quid in *Prostatas* gliscat . Ut constrictorijs fibris supradictis præsunt , ità ut plurimū earundem sortem seqvuntur , nisi quod sæpenumerò in Carunculas abeunt , de quibus iam atis. Reflectamus itaque nunc par rumpèr Animum ad inuoluntariam illam ac perpetuam materiæ corruptæ è *Prostatis* des pumationem : certum est hoc pacto ipsam regurgitare debere aliquandò in bina oistola , quæ oculos *Capitis Galli Gallinacei* simulant , & sic in *Vessiculas seminales* demùm migrare : quod vt contingat facit etiàm istarum cum *Prostatis* affinitas . Quippé hæ illarum peniculamentis accumbunt , sua ijsdem vasa concidunt , ac mutua per fibrarum intercape dines commercia exercent . Quid igitùr mirum , si virulentum miasma transuoleat in semen? Jamque infectum tali modo istud , nem pé semen , turgescere incipiet ac fermentare , sicque tandem foras scaturiet ad eum mo-

dum, quem diximus de succo *Prostatarum*? Argumentum profectò eiusmodi turgescen-
 tiæ hoc est, quod nempé inuenerim soepius-
 culè *Vessiculas seminales* præfatas vltrá mo-
 dum tumidas (quasi nimirùm vento fuissent
 inflatæ) adeòque vacuas. Intereà semine vna
 cum reliquis *membri virilis* recrementis spon-
 te ac perpetuò labente augetur talitè *Gon-*
orhœa, vt interdùm miraculo fuerit : sic co-
 piosissima fuit illa apùd *Mellebrok* in *Ephemer.*
German. &c. Miratus ego sum magis, quòd non
 obstante *Vessicularum* turgescientia p̄dicta nū-
 quām deprehenderim in ijs aliquam vel in-
 flamationem, vel erosionem : quod profecto
 indè euenisce putavi , quoniām liquor semin-
 alis regiā veluti continuo erupisset in Vreth-
 ram; præterea quia nil anfractuosū, nihil glan-
 dulosum in memoratis *Sacculis* continetur,
 cuius ratione semini mora aliqua prætendi
 possit ; ac postremò , quia nullum sanguife-
 rum vas ad interiorem eorundem membran-
 am penetrat , vt à fermentantibus acrimon-
 iosis salibus deglubatur ; è contrà sempér muc-
 cillaginosâ crustâ muniatur. Quocircà si quis
 nihilominus asserat, contingere nonnunquām
 in Gonorrhœa, vt *Vessiculae seminales* exulce-
 rentur [vt *De Blegny*, qui etiā *Thierry Hery* al-
 legat.]

legat authoritatem] respondebo vlcus illud nō nisi ex suppressione eiusmodi fluxionis produci posse: quando scilicet, viā seminis impedita, vel occlusa, corrosuæ particulæ gyratæ in *Vesicularum* parietes retorqueri debent.

Rursus ex tali suppressione *Deferentia Vasorum* sic interdūm eodem semine farciuntur, ut funiculos satis crassos æmulentur; atque eodem pacto *Testes* denique tumescunt. Nām ubi semē indē egredi non potest, obstāte farcimine præfato, illorum tubuli plus solito ampliandi sunt, eoque magis, si contracto virulento miasmate fermentationem intūs perferre cogantur. In hoc quippè casu vi ambientibus vasculis illatā, atque inflammatione partā, Tumor in abscessum verget lethalibus accidentibus, ut pluriē memini, coniunctum. Quanquām hic Tumor, Hernia *Veneris* appellata, indē etiām sœpius fit, quod accido-sixa salia acquisito in sanguine quodam prædominio semen posteà grume factum eant, quemadmodūm elucescat *cap. sequent.* Sed ad Gonnorrhœæ suppressionem reuertendo, diximus suprà, fisti corrupti seminis effluxum, occlusis vijs ob sarcosin quandam, vel proptèr acidas iniectiones à Barbitonforibus male ad-

IV.
In Testibus
& Perinæ.

hibitas; addo nūnc, accidere aliquāndō & ab
acidis salibus prædictis per lymphæ-ductus,
aut per arterias in *seminales Vessiculas* ad spor-
tatis planè, vt & Herniam *Veneris* fieri suprà
nouimus. Hinc etenim, sicuti præ fermētatio-
ne eadem *promptuaria* tumescunt, ità præ hac
intumescentia contractis fibris illorum orifi-
cia obsignentur opportet. In *Prostatis* verò sup-
pressâ Gonorrhœâ, imò & citrâ hanc suppres-
sionem, si vlcus ibidèm à viru factum consen-
uerit, venenosum pus postquam interiorem
substantiam effoderit, terebratis carnibus, pi-
nguedine abliguritâ, fistulas in Perinæo (adde
nonnunquam, & *Scrotum* & *Anum*) denique ex-
cavabit, vndè lotium & sanies communibus
quasi cuniculis factis continentè extillent.
Interim in Gonorrhœâ tām *Prostatarum* quam
seminalium Vessicularum ardore muccus recti
Intestini exsiccatur. Quamobrèm aqueis aua-
poratis, terrestres, crassæue eiusdem succi
partes tām tenacitè hōerebunt *Ani* parieti-
bus, vt fœces nec vermicularem eiusdem can-
alis motum stimulare, neque per tām sale-
brosam viam descensuræ sint deinceps adeò,
inquam, quòd, si demas mulieres, reliqui
nonnisi exercitati, aut clysteribus inuitati
secedat. Excipiuntur autem fœminæ, quòd

Va.

Vaginae substantia gracilior est substantia Vir-
ilium Prostatarum, adeoque minus subiecta
inflammationi cum è contrà hæ, vt huic ma-
ximè subiacent, sic intestinum Rectum for-
tiùs torrere soleant. Iungitur, quod breuius
est iter ab hoc Intestino ad Prostatas, quam
ab eodem ad Lacunas Vaginales (vbi scilicet
muliebrem Gonorrhœam stabulari alibi iam
ostensum est) propter interpositū nempé Vte-
rum, cuius orificium interius, ut poté crassum
velut in clypeum est intestino ad retunden-
da effluvia è Lacunis præfatis emanantia, vt
patet. tāque supereft Marcors potius Phthy-
sis & curdo Morton, qui ideo conferatur eiuf-
modi Catharros sequi solitus ex eo nempè,
quod in ijs non ingens modò fit sanguinis iact-
ura; verum auertitur etiam succus ab alien-
dis membris. Patet hoc planè in Dissente-
ria, Fluore albo, Hæmoragijs &c. ceù in qui-
bus dum humor artuum nutritioni dicatus
ruit, quā data porta, in malam frugem, mi-
sellum corpus languet flaccescit, arescit mor-
iens. Hinc igitur in Gonorrhœā cum dispen-
dium sit maximum tam sanguinis (in ulcer-
ibus) quam & seminis & præsertim lymphæ
(qui ros est verus fibras humani corporis ir-
rigans) necessum est, iis profusis, artus &
mem-

membra marcescant. Atque hoc quidem, senescente iam motbo. Quippe in nondum antiquo sola virium imbecillitas adest, veluti in ieiunantibus quibus exinanitis vasculis artus non bene sustinent; siue quod rarae sanguinis columnæ lacertos faciunt debiliores. Ueruntamèn in iam prouectâ, siquidem euacuat, quæcumque firmam sanguini conciliare solent crasin, videlicet balsamicis siue sulphureis particulis, vapidus is futilis atque iners remanet in aeterioso genere, sequitur, ut neque globulorum rubellorum compages stricta sit, & succus nutritius minimè cohæret. Ex illo itaque imbecillitas, ex hoc macilenta subrepet. Hinc ægrotis pallor, facies exanguis, oculi caui, frons contracta, infirmus gressus ac vacillans.

§. 3.

I.
Diagno-
sis Gon-
orœæ Si-
mplicis,

TOT de Gonorrhœâ phasibus enarratis, si quis nihilominus ad eiusdem primordia solummodo respiciat, ambiget adhuc de ipsius origine. Noui ego certè [quod & initio Operis testatus sum *Propos. I.*] Iuuenes alioqui probos paulo post nuptias cum Virginibus pariter honestissimis celebratas id morbi genus cotraxisse ex *Venere* nimirum in-

tem-

temperantèr repetitâ , vt ibidèm quòque docebamus. Aliquando (inquit Georg. Baglivus) vt sàpè vidi , Gonorrhœa corripiuntur etiàm homines cum muliere non infectâ coeuntes. Id autem contingit in eis , quorum sanguis particulis acribus , salinis , scorbuticis , vel alterius generis abundant ; vndè nimio concubitus æstu vniuersa penè liquida in motum concitatiorem posita , vndulando inclinant ad locum , in quo maior est oscillatio : quæ quoniàm est circà vasa seminalia in inguine , si concubitus vehemens fuerit , ac sòpè repetitus , singula partes acres salinæq; tunc excitata & in motum posita deponi circà Pudenda incipient , semelque incæpta depositione , veluti vnda sequente undam , aliae , qua remanent in liquidis , circulando ibidèm deponentur & sic fluxus perennitatem producent , quæ Gonorrhœa gallica videtur esse , sed reuera non est , quia cum muliere non infectâ supponitur concubitus &c. Verùm eæ Gonorrhœæ erant sempér albæ ; seù nullo vñquam flauore tintæ ; prætereà fluidæ , absq; Glandis aliquo rubore , & quæ facile sanabantur : atque vltimò vrina in ijsdem etiàm sine insolentiori vredine , & conatibus emittebatur . Discernere itaque si cupis an Gonorrhœa Gallica sit , vel alterius cuiusuis indolis , obserua i. an vrina prætermodum cruciet

ac cum labore excernatur 2. an decidua materia è limpido colore candidum perbreui inducat; 3. demùm (quòd palmarium est) an quotidiè augeatur fluxio & sempèr vergat in deterius. Caracter namque hic est *Prostatarum* inflammationis, cui si addes post, ruborem *pri-apinae Glandis*, sordidique eiusdem fuci copiam & liquiditatem, conuenienter satis de *Venerea* causâ certus esse poteris. Quamuis nihilominus superat hæc, imo & indicia omnia ipsa, Ægri confessio; si videlicet cum muliere suspectâ fuerit conuersatus; quam tamen, si mittendā duxeris, æquabit animaduertere seriem inuasionis suprà à nobis prolatam. Etenim recensita mala nunquam omnia omnino irrumput; sed partim tantum, initio; sub finem verò, toto etiàm agmine concurritur. Quod ergò augmentum: nil æquè melius Gonorrhœæ gradus monstrat, ac varius eiusdem color. Quippè hic fermentationis, siue motus particularum lymphæ in *Prostatis* segregatè conditiones indicat, adeoque & Gonorrhœæ vices. Hinc igitur subalbedo eiusdem principium ostendit, siue incipere aliquot sulphurea filamenta ad lymphæ prædictæ superficiem attolli, reliquis sub iugum adhuc remanentibus; albedo dein morbi progressiōnem

nem denotat , quatinus candor nonnisi ex sulphurum vnitate , idest , à iam concretâ illâ , scilicet lympha dependet : ac postremò flauor indicium est effusi sanguinis , siue iam factæ in *Prostatis* inflammationis . Quâ occasione aperiam hic ego candidè sensus meos , non intelligere me celebrem illam Gonorrhœæ diuisionem in simplicem & Uirulentam . Quandoquidem hæ Gonorrhææ (sunt *Sinapij verba*) tantum gradu , non specie , siue secundum magis & minus differunt . Sicuti febris à febre (pergit) gradu tantum acrimonie & viscositatis differt , sic & Gonorrhæa una ab altera . Est enim eadem utriusque cura , est idem utriusque , si perduret diutius , pro ratione subiecti & humoris peccantis periculum . Et , si quod causas talis diuisio facta est , non placet . Debuerat potius distingui in *Veneream* & non *Venereā* Simplicitas enim nec morbus , nec morbi causa esse potest . Quod si nihilominus illa nomina retinere libet , censeo Gonorrhœam , appellari posse Simplicem , quoad in fluxu lymphæ *Prostatarum* continetur ; processu vero temporis , ut quando abscissis vasculis sanguiferis rubella portio vnâ elabi incipit , et sic flauedinem (de quâ suprà dictum est) ostendit , tunc jure & complicatam , & purulentam , aut , si mauis ,

virulentam primitus esse nominandam.

Deuenimus itaque nunc ad posteriorem, hoc est ad Gonorrhœam virulentam; cuius primus gradus & modò modò ex colore adnotatus est. Sequntur alij, qui ex colore itidem, odore, consistentiâ & quantitate pariter deprhehendi queunt, vt si Gonorrhœa porracea, grisea, liuida fuerit, itemque vel sanguinolenta, vel serosa &c. vt quæ ulceris incrementa significant adamussim vel absquequod ipse de illorum importantia diù contendam. Percunctabor duntaxat, an Gonorrhœa sit contagiosa, vt nimirum, si quis cum Gonorrhœico dormiat, huius ægritudinem possit attrahere. Affirmat *De Blegnij*, inducitque exemplum pueri nouennis, cui id vitij contingere ex accubitu supèr genua Patris dicto morbo laborantis. Verum Ego, nisi interuenerit immediatus contactus fôrdescens-tis liquidi cum *Inguine* sani hominis, vt, si subucula, vel aliud linteum illo adhuc calente madidum circà huius femora fuerit prouolutum, non credam Gonorrhœam ab aliquo suscep-tum iri, Etenim aliter, virulenta salia ut potè frigescentia inepta sunt ad qualemque *Internum* impetendum. Quamobrem in dato casu censeo, si id ex volatilitate & cal-efa-

efactione infecti miasmatis factum non fuerit,
ex analogiâ saltim humorum, quæ intèr pa-
trem & filium non deficit, prouenisse. Qod
nihilominis fauere debet opinioni nostræ, vt
qui nouimus Gonorrhœam in Viris præ vol-
atilitate atque incalcentiâ salium mulie-
brium accidere. Coeterùm [vt hoc quòque
notem) opinor etiàm Gonorrhœam puelli su-
pradieti forté non fuisse *Venereum*. Quippè an-
dentur in Talibus eiusmodi Gonorrhœæ, præ-
tèr *Ballonium* & *Cnoefelium*, videatur instar om-
nium *Laurentius Terraneus* totiès laudatus.
Quæres denuò ac tandem, an quis Gonor-
rhoicus ex accessu ad mulierem integrum
siuè virium firmiorum se (vti suadetur plebec-
ula) ab eodem morbo sit liberaturus. Respon-
det *Synapius*: *Plerique* (sunt eius verba) *expleto*
adhuc & *repetito* (si fieri potest licite) *coitu cum fæ-*
mina vigorosa & *sanæ*, *á Gonorrhœa liberanur*;
calculumque addit *Musitanus* narrans de Am-
ico suo, qui re cum Scorto habitâ, eâ que mox
cum alienâ, tamen benè moratâ coniuge (et
quàm iamdiù impvdicè deperierat) repe-
tita, sanus ipse huic è contrâ Gonorrhœam in
præmium corrupti maritalis thalami sit im-
pertitus. Sed quandoquidem iste - met Au-
thor fatetur Amicum illum & Amicam Gon-

orrhœâ non fuisse vexatos, inducor saltim, ut existimem venenata effluvia in *Penem* ex priori coitu contracta vasis lymphaticis inhoesisse eo tempore, quo reccurrens post, in nouo congressu audiissimè lympha, illa tandem in malè-suasæ mulieris *Vaginam* intruderit, sicque hæc fuerit infecta. Aliàs námque si dicta effluvia ad *Prostatas* peruenissent, depleri hæc ita nunquàm potuissent, quin aliqua sempèr veneni particula ibidém pro noui morbi seminio restitasset; sicque Amicus ille frustrà *Venerem Medicam* implorauisset. Sed ad rem.

JIL.
Prognos-
sis Prio-
ris

Prædicturus ergò quidquam de Gonorrhœâ cogita ante alia, intèr eiusdem species optimam ac mitissimam asse inchoantē, proximè Simplicem, tertio loco Virulentam; et primam quidèm facile proptereà curari, difficilius alteram, egerrimè omnium postremam: *Quò recentior fuerit Gonorrhœa,* (inquit *Dolæus*) eo curatu facilior erit, *Difficilius quoque hoc matum eradicatur in corporibus pituitosis, aut melancholicis, aut valde plethoricis, quam alijs:* Facilius itidém in sanis, quam debilioribus, valetudinarijs, aliquoue morbo deprehensis; et ratio est, quod ijomnes plurimâ scatent lymphâ, nec non serositate, quibus

bus á Natura *Venereum* tabum hōerescere consuevit. Ob id rursūm, senes & valdē adulti magis periclitantur, quām iuuenes; Autumno & Hyeme, quām Vere & Estate: in regionibus demūm frigidis atque humidis, quām in calidioribus, vt in Galliā, Italiā, Hispaniā &c. Atque hæc generaliter de Gonorrhœā. Nām quod particularia; Simplex vacat omine, nisi quōd neglecta in Virulentam transit.

Virulenta verò vt plurimum est incurabilis præcipue si *Vefficula seminales* iam infectæ sint, vt in casu Bergomensis illius apud *Thom. Bartholinum*; ac tūm planè hāud ambigendum, quin fistulæ, Tabes, ac Lues denique *Venerea* in procinctu sint. Quandoquidem virulentis salibus sanguini per venas largitèr suppeditatis, vt tota ferè subuertitur Hæmatosis, ità in corpore nihil linquitur ad vitam. Arguit hoc imprimis liuidus [et qui adeò vtpotè pessimus, postremus esse consuevit) eiusdem virulentæ Gonorrhœæ color. Hic etenim non nisi a vitriolo in sanguine prædominante dependere solet, siuè ab affectorum locorum gangrenosi: deinde grisæus, qui incipere denotat vniuersalem labem; tūm viridis, qui vicerum malignitatem auspicatur, atque ità successiuè, donec ad colores Simplicis Gon-

IV.
& Post-
erioris.

or-

orrhoeæ iam suprà dessignatos peruereris. Ultimò in Gonorrhœâ languente seminiseiaculatione, eiusdemque robore eneruato, ac seminali denique fermento depauperato sterilitas accidit. Conspiciuntur etiàm in eo vermes, vt cum *Borello* plures meminerunt &c. Insanabiles sunt quóque interdùm Fistulæ in *Perinao*; sed non ità infaustæ, quin [non absque tamen maximo viuendi incommodo] ægrum vtut ivuenem diutiùs senescere permetterent. Tandem sicuti ex Vrethræ hypersareosi metuenda venit insanabilitas Gonorrhœæ, sic ex hernia *Venerea* huius etiàm lues nonnunquam auguranda.

§ 4.

I,
Cura Si-
mplicis
Gonor-
rhœæ.

QVOD Concernit Curam; non ablandiri hic Ego possum communi Practicorum opinioni, qua asserunt Gonorrhœam initio nunquam; sed postquam *Venereum* miasma suscepit conuenienter satis expurgatum fuerit, esse sanandum. Quippè (vt & refractariam & temerè audacem indolem Jngenij mei manifestem) fateor me non paucos ab eiusmodi morbo liberasse ipsis primis ab inuasione diebus, & quidem citius, quam aliás post commentitiam illam expurgationem fieri potuisse.

tuisset: nimirum solâ interdùm V. Sectione,
diata humectante, cathartico, vsu balnearum tem-
peratarum &c: cùm secùs id neque primipi-
laribus, vt sic dicam, auxilijs euicissem. Neo
dissuadebat ratio. nàm, quòd *Phlebotomiam*:
nonnè impedità phlogosi *Prostatatarum* ab ei-
usmodi defluxione eluctari posteà dabatur, cù
videlicèt hæc ab illa procedat? C'est là donc
[ait Remifort] qu'il la faut combattre en epui-
sant les sucs qu'il commence à corrompre, & ,
aux quels il s'attache auant que d'attaquer ,
les parties solides, & c'est alors, qu'il faut ,
auoir recours à la *Saignée* sur tout dans la ,
Gonorrhœe pour eteindre l'inflammation ,
& ostant la cause, qui la fomente. Iungitur ,
quòd V.S. celebrari debet supradicto tempore
etiám ad vrinæ ardorem compescendū. Quod
victum *humidum*: confert hic in catharris om-
nibus & in Rhumatismo, hoc est in omnibus
lymphæ morbis; quos mehercle *diluente* vi-
ctu melius domari vidi, quàm omnium Pra-
cticorum frustraneis Receptis: et patet ratio .
Siquidèm *diluentia* ferositatem lymphæ con-
ciliando salinas particulas eliquant, disper-
dunt, inhabilesque reddunt ad fermenta-
tionem. Caue tamen frigida [quod pleri-
que facere consueuerunt] admisceas ijs dil-

uentibus, ut vitriolata, & similia fixa; quatinus lympham condensando, hoc est sulphureas eiusdem strias constringendo interposita deinde veneni salia crescere faciunt, & magis figunt. Quamobrem de repente interdum, nec sine magno ægri periculo Gonorrhœam fistunt, id, quod multiplici experientiâ mihi compertum est. Hæc item, est quæ me docuit, cur Gonorrhœa vel solo cathartico elidi in ipsa infantia possit: Sic Forestus curauit Juuenem Gonorrhœa, & Testiculi inflatione laborantem cum suspitione luis Venerea solis Purgantibus diuersimodè adhibitis: Omni die [sunt eius verba] ter quaterue secessus habebat cum tanto successu, ut non opus fuerit accedere ad decoctum ligni guaiaci; & quod dictu mirum est, nō solum à Gonorrhœa sed, & alijs symptomatis curtus fuit. Conferatur ad hanc rem etiam Riuery Cent. I. Obs. 25. quâ scilicet non tam recente, quam & antiquam Gonorrhœam Catharticis præcipue remedij sanari patet. Ratio si queratur, habetur ex Syluio de le Boë: hec [loquitur de iisdem Purgantibus] si ritè, hoc est, quantitate tempore, modoque conuenientibus exhibantur, semper conducent, nunquam nocebunt. Ægris, quamvis móx nihil expurgant humorum peccantium, quippe quos tunc alterant, corrigunt, & ad secu-

secuturam postea euacuationem blandam preparant: dicam planiūs; quiā sanguinis particulas agitando, humorumque motum inuertendo, venereum miasma à *Prostatis* seducunt. Tandem quod *Balnea & Thermales aquas*: conuenire illa in omnibus Vrethræ inflammationibus, Vrinæ ardore, Stranguriâ similibusque morbis tām in comperto est, vt probatione non egeat; has verò incipientem Gonorrhœam penitus eximere declarant Acidulæ, quarum efficaciā in tali morbo Romæ abs me pluriē obseruatam hic ideo cum elogio duxi prælegendam. Audio verba tamen increpatiūm hanc Gonorrhœæ sanationem præcoem tanquām incubam mali teterioris: Quid enim [aiunt] retentum in corpore virus anihilabitur? Nonnè solo eoque iugi stillicidio subducitur, hoc suppresso intūs in malorum fomitem alitur? Præpostera sanè cautio est post receptum hostem fores occludere. Nonnè venenata sunt euomenda? Ad isthęc tām strepera tām rationi sensuique aduersa nemo veniret qui nosset Gonorrhœam, prout senescit, iuxta peierare nihil proficiente continuā defluxione. Profectò *Prostatae* itā nunquām viru depleri possunt, quin aliqua istius pars in earundem anfractibūs sempèr lateat. Et si hoc, cùr

ipsum non extinguis priusquam ibidem implantetur: Certum est enim vel paucissima virulenta salia sicuti cum aduentante iugiter lymphâ perpetuo fermentabunt, ita novum virus quotidiè productura, utque quo longius in illis, nempé *Prostatis*, stabulabuntur, sic eo altius ingessura sece in ipsarum poros, inventisq; iccirco vasis capacioribus sanguinem ad extremum infectura esse, quod est Luem *Venereum* gignere. Propter quod adeo si initio fuerit obstitutum, & fermentatio auersa, nullæ in *Prostatis* incisuræ, nullibi *Venerea* inquinamenta manebunt. Quippè penitus attrita in vasorum cavitatibus nabunt, seque lymphæ rursus intermiscebunt. Hinc igitur omnino disperibunt, & ne hilum quidem detrimenti afferent sanguini, cuius tamen globuli intermerati tum primitus venenum fuerint experti (etenim exercitus viru sanguis facile corruptitur, ut vinum, quod semel contraxerit acorem) Quæ igitur utilitas in mora? Nonnè, ut cœtera mala, sic & Gonorrhœam præcauere melius, quam exspectare? Sentiat nihilominus quisquis prout vult: Ego certè in hac Praxi multum commodi percepī nec iucunditatis minus. Conquerebantur scilicet Infirmi de Vrinæ ardore, mingendi molestiâ,

Colis

Coli tensione, rubidine & calore: aliqui etiām humiditatem quandam ex *Vrethra* efflue-re denunciabant. Ad hæc proptereà *Sanguinis missionem*, *cassiam* cum *cremore tartari*, *Emulsiones*, aliaque *humectantia* præscribe-bam, indictā paritér in rebus non naturali-bus *seuera temperantia*; quo factum fuit, vt quotquot iussibus eiusmodi steterint, pauci ex post Gonorrhœâ plorarint. Replicabis proptereà, & cur non etiām *Adstringentia* usur-parim, cùm hæc citius reliquis medicamen-tis negocium expedire potuissent. Resp. quià eadem secūs, quam vt *Venereum virus* elipient, euacuent, aut disperdant, istud potius in *Pro-ostatis* figunt, quo videlicet tandem Gang-ræna, aut Sphacelus ibidèm innascatur: & proindè horum metu factum fuisse existimo, cùr Medici se temperarint à Gonorrhœâ ini-tio sistenda, propter nimirùm accidentia ex *Adstringentibus* obseruata, id tamen, quod ve-tare non debet, quominus eadem aliundé co-hibeatur. Sic *Dolæus Diaphoreticorum* vsum, quòque commendat in dicto casu, ineunte videlicet Gonorrhœâ formulamque tradit, quæ hîc sequitur.

Rx. *Mitrhidat* 3. j., *bezoard. mineral.* g. *iiij.*
vel *Antimon. diaphoret.* 3. j. *camphor.* g. *iiij.*

*tinctur. ros. rubr. 3. ij. Syrup. granator. 3. iiij.
m. f. haustus.*

Sic etiā Ego Acidulas Romanorum aquas
(vulgo l' *Aqua acetosa*) nisi vel largis calici-
bus ebibantur , aut fontanā diluantur , noxias
iudico , quamuis suprà , sèd cum hac tamen
exceptione laudatas . experto crede . Interim
ni cessen Gonorrhœa , metusque sit , an phlo-
gosis in *Prostatis* iām peruererit ad suppura-
tionem exspectari hæc debet , abstinentum-
que ab omni auxilio , quoad abscessus fuerit
euacuatus [id nimirūm , quod ex flavo eius-
dem Gonorrhœæ colore dignoscetur] actūm
porrò adhuc largius quām in principio Venā
sectâ [nunc enim vberior , quām dudūm
puris prouentus est pertimescendus] ad hu-
mectantia & digerentia procedetur . Huiusm-
odi processum habet *Spleissius* , cuius hæc sunt
verba ; Sic Patauij studiorum gratia cum essem ,
vidisse memini Gonorrhœam ex impuro coitu con-
tractam sine ullo sequentis morbi Gallici metu
quatriduo sublatam usu boli ex *Cassia* recent .
pulu . Liquirit . parati ; Syrupi ex Emuls . sem .
4 . frig . mai . , Lalap . Viol . Syrup . de Ibisc . alter-
natim sum tis : que laudato cum successu per ali-
quot dies inde sequebantur aut pilula ex Ther-
ephenthina confecta , vel Rx . pulu . Charabes ad 3 . j .

cum

cum bol. armen. orient. 3. & in aq. ros. aut plantag. assumta. Ratio huius processus patet ex iam dictis. In hoc enim casu *Prostatarum* intumescientia, Urinæ ardor, & putredo ab ijsdem *Prostatis* percelli debent. Quamobrem priori utriusque scopo satisfaciunt V. S. et *blanda purgatio*. Nam caue irriteris [hoc enim fieret, ut adauctâ sanguinis serositate venefica salia in *Prostatis* fixiora euaderent, earundē lympha rudiūs fermentaret, & inflammatio denique exacerbaretur] Idcirkò præter *Cassiam* supradictam & *Mannam* coetera purgantia suspecta esse debent: *Clisteres* etiām, imprimis emollientes, vulgo *Lauatiui* nuncupati licet quotidiè impositi non parùm conferre consueuerunt: Conducunt etiām plurimūm *humectantia*, ut *Balnea aquæ dulcis*. Nam *humectant* [inquit diligentissimus Thermarum obseruator *Andreas Baccius*] & calefaciunt blandissimè: móx aperiunt, leniunt, attenuant, digerunt, reuellunt maximè tepidiora. Deinde urinam, & alvum cident, sudores atque halitus insensibiles excitant, dolores mitigant, urinæ ardores tollunt, somnum conciliant, bonas coctiones moluntur & vires corroborant. Hinc plures ego noui, qui Gonorrhœam ingruere certam ex doloroso mictu præsenserant, balneis iuxta præposita adhibitis

obsernat.

bitis fuisse liberatos: Et quod Interna, silicet Emulsiones, Serapia, Ptisanas, & similia Aquosa diuretica, audiatur præclarissimus Desse, qui sic loquitur: Dans les ulcères des parties honteuses & dans les Gonorrhées virulentes l'usage des diuretiques aqueux & peu acides est très nécessaire pour deterger, & euacuer par la même route les parties qui ont été les premières infectées. Posteriorem denique, hoc est detergendi indicationem complet Therabenthina non ita tamen, ut mos tulit, abluenda, seu lauanda; quod projectis tali operâ salino-sulphereis & maximè volatileibus particulis reliquæ crassiores minùs aptæ sint ad solidas ulceratas fibras defendendas, quo nimirūm crescere atque inde augeri queant. Sed delicatulis, & quibus alia exhibere licet, detersuo illi pharmaco substitui potest hoc aliud.

Rx Balsam de copaiva gut. x. ad xv. dentur cum potu calido. Vel.

Rx. Balsam. Peruvian gut. iij., ol. therabenthin. gut. v., ol. succini destil. gut. x., cum vino cal. saccharato fiat haustus sumendus matutino tempore.

Nam vespere sequentes pilulæ, tametsi Adstringentes, purgato corpore nō erunt inutiles.

Rx.

Rx. Pulu. ossis sepiæ 3. ss., corall. rubr. pp. Et la-
pid. hematit. a. gra. v. laudan. opiat. ad g. ij.,
cum s. q. ol. calam. aromatic. f. S. A. pilula
sumenda h. s.

Alia demum his similia in hos usus trahi possunt, quæ sua cuique prudentia, vel aliorum maximè pericula suggerent. ac tantum innuam circà usum *laudani opiat*, constare in hoc, vel præcipue, Medici gloriam, si opportunè ac scientificè ab eodē administretur

Rapimur nūnc verò ad medicationem Gonorrhœæ inueteratæ, siue, quam suprà malui appellare Virulentam: quandò nempé vlcus in *Prostatis*, quumque in vicinas partes, ut *Ves-*
siculas seminales, virus iam repfit. Ad id prop-
tereà nitendum præcipue, ne hoc ipsum vir-
us vigeat, sed ut omnino deleatur: deinde, ut
idem vlcus abstergatur, & consolidetur; ac
postremò ut pristinus fibrarum tonus parti-
bus restituatur. Primum certe non aliter ob-
tinebitur, quām *Mercurialia* porrigendo; nec
credamus Antiquæ Scholæ, & Tonsoribus, qui
putant extingui sufficientè posse incendium
Venereum decoctis suis sudorificis ex *Guaiaco*,
Sarsaparilla &c. compositis Sic enim *Sydenam*:
Nec minore cum fructu loquitur comparatiuè
ad *Adstringentia*, quorū abusum & nos in prin-

II.
Et Com-
plicatae,
seù Inue-
teratae.

T

cipio

cipio Gonorrhœæ paulo ante damnauimus }
 licet periculo minore decoctum lignorum exsiccatum usurpatum comperi; quo scilicet sub pretextu Specificorum tum uniuersum Ægri corpus, tum præ cæteris affecta pars iam pridem nimis incandescentia ulterius adhuc inflammabuntur; non nunquam etiam Gonorrhœa, que paulo ante euauerat, quod me obseruasse memini, denuò in conspectum prodijt. Et ratio est, quam affert Tauri, cuius hic est Textus: L'Antiquité, raccommendoit les ptisanes sudorifiques au ec le Gaiac, l'esquine, la Salse-parille, le Saf, safras, qui sont de bois sudorifiques. A cause des fels volatils, qu'ils contiennent, ils font sortir les parties les plus volatiles du venin, par l'insensible transpiration, ils peuuent rompre les pointes fixes de ces acides: mais s'il à des parties grossieres, elles restent; vn corps se trouve desséché; les parties du venin font plus de corrosion, parce qu'elles sont moins ecartées; enfin le mal s'augmente, & quelque fois le rend incurable. Mercurius igitur inuocandus; & primò quidem præscribi debet sub hoc exemplo.

Rx. therebenth. Venet. 3. ℥; mercur. dulc. 3. ℥. extract. rhabarb. gra. viij. diagrid. sulphur.gra. iiij. cum s. q. pulu. ocul. cancr. præp. f. S. A. pilu-

pilulae in nebulis inuoluenda & sumenda ma-
ne; quæ subinde reiterari poterunt cùm oc-
casio tulerit.

In fortioribus itèm vnum, aut alterum gran-
um Mercurij vitæ adiungi poterit, vt & purgan-
tium dosin adaugeri. Siquidèm, si alibi, heic
in Gonorrhœâ inueteratâ, vbi humores procul
dubio infecti sunt, locum habet Methodico-
rum illud: *Qui benè purgat, benè sanat;* & ra-
tio dabitur *cap. seq.* Sed neque ob eiusmodi in-
fectionem omnino, verùm eatenus etiàm repe-
tenda veniunt *cathartica*, quatenus, vti cōplu-
rimis continua diebus certa quædam *mercu-*
rij dulcificati portio exhiberi debet, eademque
aut minui, vel augeri, prout solerti Medico
videbitur, itá, ne is ptyalismum cieat ali-
quando, consultum est lympham sanguin-
eam mediantibus *catharticis* prædictis ad Jn-
testina identidèm deriuare. Alterum deindè
intentum, hoc est ulceris mundificationem,
quod attinet; *therebin thinatis balsamicisque au-*
xilijs satis euinci id potest. Ego verò in tali
occasione balsamum hunc parare soleo, qui
me expectatione meâ nunquam fraudauit.

Rx *flor. sulphur.*; *radic. aristoloch.* rotund. in
lamell. tenuiss. dissectæ a 3. ij.; *summitat. Cen-*
taur. min., Absynth., Hypericon. a. M.j.,

sal. armoniac., myrh., croc. oriental. a. 3. j.
camphor. 3. & ol. therebenthin. ad eminent. 3.
digit. digere in vase hermet. clauso supèr cin-
er. calid. diebus xv., xx. Decanta ad Us.
Dosis à gutt. v. ad xv. agris obæsioribus in li-
quore calido, vt in potu Coffè, aqua Thè,
lacte, amygdalato, vino &c. idque sub lecti
ingressum.

Nàm matutinum tempus mercurialibus est cō-
cedendum, vt diximus; Quod *Narcotica*: hęc
nùnc minus conuenire videntur: Dùm enim
puris efluxum coercent, vlcus ad corruptio-
nem disponunt. Ni itaque Gonorrhœa in ma-
gnâ copiâ instet, abstinentum: & si vnicum
duntaxat granulum laudani opiatici identidem
ad miscebis præfato balsamo, modò tamen al-
vus fluat, nil referet. Referet autèm maximè
vt *Diuretica acria*, Ex. gr. vinum in quo *Can-*
tharides fuerint affusæ, omnino deuites. Quip-
pè vt ut lympham sanguinis corrigere videan-
tur, fermentationem tamen augendo virus
alliciunt ad corrosionem. Quamobrém nescio
quo titulo illa, & præcipue vinum prædictum
laudarit *Waldschmit*, & cum eo alij: quicquid
(vt verum fatear) in præventione hac mea
fortassis decipi possem. Quandoquidèm talia
nunquam volui experiri. Tandem abterso
&

& mundificato vlcere, quod consistentia, & puris color laudabilis indicabunt, postremum Scopum, qui de Atoniâ partium emendanda est, assequeris per *Adstringentia*; quorum usus tunc non erit inutilis, sanguine videlicet purgato, & viru, prout decebat, ritè euacuato. Formulas, si piget alibi, vnicam saltim reperisti suprà. His non desultorié vtcùnque peractis contingit nihilominus aliquando, vt Gonorrhœa perseueret; fitque id vel ob vi- tiatam chylosin, quandò nempé ex usu *Pur- gantium* assiduo Ventriculus ità proprijs frau- datur fermentis, vt chymum indigestum adhuc transmittat ad Cor, & sic ab acidâ lym- pha virus *Venereum* magis fixatur; vel ex ab- usu in rebus nonnaturalibus eidem veneno quotidiè classicum canente, ut est manifestum. Qarè monitum hic vellem Medicum, respi- ciat sempèr ad præfatum viscus, inque eius gratiam modò Stomachica præsidia, [modò diætam præscribat: modò denique in Ani- mi pathemata inueheat: *Rhabarbarum* vi- delicet *Purgantibus* semper admisceat, tabel- las diarhodon Abatis & similia, sæpiusculé indulgeat. *Aer deinde* (inquit *Doleus impri- mis* siccus non sit opportet; *Cibus* sit liquidus, eu- chymus, eupeptus, gratus & suavis, Prosumt iuf-

cula carnium cum pane parata Gallorum & Germanorum more , oua sorbilia , itèmque Elixa omnia : non sic Assata, Acetaria, Conditanea & Infumata . Potus non sit frigidus, aut valdè incrassans, ni fortè Æger ex ijs sit , de quibus *Hippocrates* : *Victus frigidi, inquit, conferunt in his, quibus sanguis erumpit, aut erupturus est, in flammeis ardoribus, ad ruborem & similia.* Caeuat nimirùm à rebus spiritu vitrioli, aliòue huiusmodi stiptico acidulatas: è contrà verò vtatur *diureticis aquosis* iám suprá laudatis , v.g. miti limonata, emulsionibus parúm craisis , atque imprimis aquâ fontanâ leui neutiquam malitiosâ , propinato interdúm , seù vicatim , leui etiàm aliquo oligophoro. Somnus sit moderatus: vitetur situs supinus , ne vasa circà lumborum regionem incalefiant. ob quam causam optimum est in Gonorrhœâ elato capite decumbere, ne videlicet in dorsum contingat resupinari , & quo proptereá pacto plures nouimus ab hoc malo fuisse seruatos. Vigiliæ nihilominùs nimia compescendæ sunt. Spiritosiores enim sanguinis particulas turbant , debilitant, dissipant, doloresque in *Pene* adaugent . Motu nimio ac frequenti se egri non defatigent, sed placidè agant. Nocent quippè equitatio , & falta-

saltatio; indèque æger inquietus coercendus & vt tranquillus sit admoneri debet. Excreta & Retenta Naturę normam sequantur. Alvus quotidiè officij sui sit memor. Nàm ab Aluo durâ ob vicinitatem comprimūtur vasa spermatica; vndè aliás & Gonorrhœę & Pollutioni nocturnæ ansa præberi solet. Quamobrèm si subsideat, alio scilicet, quám tempore curationis, *Suppositoriis* & præcipuè *Clysteribus* [qui ideò à nobis, & vt alibi dictum est, *Lauatiui* appellantur] ex aquâ hordei, similibus que *diluentibus* subducatur: et sic etiàm quod reliquas naturales euacuationes procedendū est. Quod verò spectat Animi pathemata: hæc rectis Ægri moderentur habenis: grauiores cure & Affectus, quos intèr primas tenent Amor; et *Libido*, absolute ejciantur. Nàm obscenæ cogitationes vltò nec vocatam illā (vndè ei nomen) *Venerem* ad nos venientem alliciunt, *Penem* sanguine inflant, ex quo demum *Prostatæ* inflammatione turgescunt. Vltimò ad veneni fixitatem eneruandā sequens Opiata nonnullis est in vsu.

Rx. extract. heder. terrestr. ʒ. j. theriac. Venet.

3. ʒ. resin. Gaiac. 3. ij. sal. volat. succin. 3. j.

Camphor ʒ. ol. iuniper gut. xv. M. f. Opiat.

de qua sumantur 3. y. singuli. matut. hor. su-

perbib

perbib. iuscul., vel aqua fontana haustum,
in quo nodul. antimon. crud. parum ebullierit.

Alij in Viperinis iusculis magis confidunt, eademque continuis 20. diebus præbent Jnfirmis. Verum Ego neutrum huiusmodi rime-diorum diutiūs protrahendum censeo; ne videlicet tot sudationibus humores in sicco linquantur, convulsionesque indè oboriantur & lœsiones, qvæ naturæ functionibus accedunt arefactis recrementis: præterea, & ne virulenta salia crassis aliòqui indaginibus præ-pedita ab ijsdem sic posteā adglutinentur, vt in libertatē asseri deinceps non valeant. Quocircà mallem in tali casu redire iterūm ad *humectantia*: quandoquidem 1. quod ab uno non euincitur, extorquetur ab alio, & contrariorum, vt plurimum, alterius vis alterius insufficientiam exequat. Deinde, quiā *diluentium* palmarium est salia quælibet extenuare & crassa omnia emollire; ac 3. demum quia extirpatâ licet Gonorrhœâ adhuc nihilominus usurpari debent illa ad restituendam coenosō & sicco sanguini fluiditatem. Quamobrèm lactabunt Ægri, tepidâ corpus abluerint, serum lactis, acidulata mitissima, aut similia aquæ aliquòusque potabunt, seū donèc visum erit denique ad *purgantia* redditare; quæ etiām

etiam esse poterunt huiusmodi.

Rx. mass. pilul. aloephangin. 3. R. extract. enul. campan. Et mercur dulc: a 3. j. trhocisc. alkandal 3. j. resin. turbith. 3. jj. ocul. cancer. præp. 3. j. ; sal. volat. succin. 3. iiij. cum s. q. syr. de cich. Gul. f. s. A. pil., de quibus cap. Æger. 3. R. ad 3. j. altern. diebus m. superbib. iusculum.

Diebus autem intercalaribus vtatur sequent.
Elixirio.

Rx. tinctur. verm. maial. cum sal. tart. extract. 3. R. ; ol. tberebenth. 3. ij., ol. succin. 3. R. balsam. pervuijan. 3. ij. m. atq. agita exacte Dos. a gutt. xx. ad gut. xxx. & ultrà in haustulo vini calidi saccharati.

Potissimum tamèn ad Gonorrhœæ sanationem impedimentum est ferè sempèr Hypersarcosis Vrethræ. Hæc etenim vti vel ulcerata est, vel facilè in vlcus abit, sic proximis vel non longinquè hœrentibus Vesicularum seminalium ostiolis saniem influendo, aut aliter transmittendo fermentationem ibidem, vel in Prostatis, perpetuò alit, recrementa corrumpit, extemporaneum denique istorum exitum stimulat. Quocircà summo studio caueri debet talis Caruncula; et antè tamen inuestigandum, an ulcerosa sit, vel fungosa : cuius in-

II.J.
Curatio
Hypersar-
coseos
Veneræ
seù Car-
unculae
Meatus
Vrinarij

dicium est, si vrina in proportione debita non
 excernitur, atque in *Vrethra* impedimentum
 persétitur; et cùm præterea in ulcerosa ingens
 adsit præsertim in mingendo molestia. Si ità-
 que haùd ulcerata sit illa, mittendus primò
 sanguis ex basilicâ; tum Balnea instituen-
 da, in quibus æger, prout maior, aut minor
 erit lotij suppressio, se se crebriùs aut rariùs
 [noui, qui ferè singulis horis) demerget;
 et si vrina demùm penitus intercepta fuerit,
 Canula, siuè Catheter imponendus, imò &
 Obser nat. Lithotomia nonnunquam celebranda, vt in
Gallo quodam ex vrinę suppressione iam per-
 deliro facto vidisse memini. Quamuis nihil
 lominus haùd opus tantà præcipitantiā, si vri-
 na et si tenuiter, manet tamèn. quandoqui-
 dèm tempus ultrò dabitur pro Carunculæ ex-
 tirpatione, nullum videlicet morā periculum
 minitante. His non desultoriè peractis extir-
 patio eiusmodi Fungi auspicanda erit vsu To-
 picorum, ad eum nempè modum, quem do-
 cet *Hartmannus*, vel qualem proponit *Sener-*
tus itemque omnium optimè, *Henrycus Re-*
gius, ab ipsius *Scholiaſte Ioan. Broen.* ad incu-
 dem posteà reuocatum; qui quidém curandi
 modi, cùm apùd præfatos Authores proſtent,
 inutile est hic transcribere. Auctarij gratia
 tan-

tantum pauca circà illos adnotabo 1. scilicet, ne candelæ in id operis insumendæ ex sola cerâ conflentur. Aliter enim frangerentur, & frusta in *Virga* permanerent herentia [de quorum extractione exemplū ponit *Molinet.*] Melius itaque fabricabuntur ad hunc modum.

Rx. *cera alba* ℥. j therebent. 3. ij; *qua cera liquefacta immitatur*, ē hāc mixturā intingantur *elychnia*, sicque fiant ex ijs candelæ paruae. Harum defectum supplent turundæ lineæ cerâ ad rigiditatem obductæ, aut styli ex barbâ balenæ. 2. vt medicamenta huiusmodi instrumentorum apicibus inungenda corrosiva quidem sint, sed non ita, vt ex nimiâ corrosione (vt i cauet *Ettmullerus*] gangrænam inducant: quale exemplum infaustum prostat in *Henrico à Moinichen*. Omnia proptereà corrodentium vices implere poterit emplastrū *Vigonis* duplicato triplicato, aut etiam quadruplicato *mercurio*, quod me nunquam fefellit vel externè duntaxat ad radicem *Penis* applicitū 3. et vt, 'quicquid in *Vrethram* introduxeris non sinas ibidem diù persistere, ne dolore scilicet nimis acerbo [monente *Broen.*] conficiatur æger, & pars affecta inflammetur ulterius: sed cedula illa, turunda, aut stylus corrosivus remoueri debet prout vrget neces-

obseruas.

sitas, & vnguentum aliquod leniens eodem modo est intrudendum, sicque pedetentim aliquid consumendum est, donèc aduertatur impedimentum Carunculæ esse omnino ablatum: postmodùm verò ad deterionem, exsiccationem, & consolidationem ulceris procedendum erit mediantibus iniectionibus mòx describendis, aut alijs, quas ex *Vulnerarijs* confeceris; quibus tandem supraddetur candela vnguento camphorato inuncta. hæc námque consolidat. Et quod iniectiones; hæc sub Gonorrhœæ initium ad glabram Vrethræ superficiem lubricandam adhiberi possunt, ex lacte tepido, aut hordeacea *Pari ratione*, inquit *Sehmitzius*, si inter meendum intolerabilis sit ardor, urinam reddat aeger demersa *Mentula* in matulam lacte, vel aqua tepente plenam; quibus etiàm illam, si acerbiùs doleat, fouere poterit. Quod si Vrethra fuerit excoriata.

Rx. aq. calc. viu. tenuior 3. viij. aq. plantag. 3. iiij;
flor. Zinci 3. ij.

Mixtura hæc [et remedium est *Iosephi Ianchson*] lauentur ulcera in *Pudendis*, vel alijs partibus stabulantia, & ope syringæ tenuioris injiciatur; sed leni & constanti manu ducatur. Vel.

Rx. aq.

Rx. aq. calc. viu. $\frac{1}{2}$ j. lythargir argent, ceruss.,
tuth. a 3 j. camphor. 3. & Initiatur ter de die.

Postremum autem ad vlcera in meatu vrinario, ad Carunculas etiam ulceratas, de quibus suprā, atque ad Sphincterum ab Emunctoris illuc hiantiū scissuras respicit hec alia.

Rx. aq. ros., plantag. a 3. iiiij., trochisc. alb. Rhas.
3. & bol. armen. 3. & m.

Huiusmodi quippè iniectione mūdificat eadem, & cicatrice firmat. Si vero vlcera diutiūs persistant, quasi altas egerint radices, ac Luem sint manuductura; si, iterum, perdura sint & callosa, nec laudabile pus suppeditare videantur: in tali casu nonnisi ab *Escharoticis* ac *Suppurantibus* auxilijs, de quib. *superior. Artic.* tractauimus, leuamen aliquod sperari debet; salusque omnis propterea in appropriatâ Luis curatione ponenda. Hac occasione: Solent Barbitonsores in Gonorrhœâ indiscriminatim, & quocunque tempore Injectionibus maximum partem Stipticis, siue *Adstringentibus* vti. Ego contrà petulantem huiusmodi methodum quam ad Amiciss. Virum *Laurentium Terraneum* iamdiù scripseram inuesti- uam Legentium oculis iterum subijciam.. *Deus bonè! haec Reipublicæ pestis promissis tan-tum dines & sordida, è Tonstrina, ubi coquebas*

*in olla Sparadrappum similesque vernices, in Lar-
es ornatissimos penetrat ad Nobiles ad Plebeios
ad quoslibet deceptu faciles, ibidemque, dum ma-
nu syringam admouet, altera loculos emungit,
Gonorrhœa interim quotidie magis incrudescere
Et nec immerito sanè. Siquidèm Stiptica il-
la remedia virus coagulare, aut vias Glandu-
larum obstruere debent. Quamobrèm noui
aliquot ob peruersas eiusmodi curas Gangrenâ
affectiones [& quam proinde *Membri paralyssis*
sequebatur] ad extremum isto fuisse mutila-
tos. Eijciamus igitùr Promissores illos, & Vit-
riolum, Alumen, & similia eorundem pigm-
enta Sutoribus ipsis aut Cerdonibus usurpan-
da linquamus !*

IV.
& dem-
um, her-
niae ve-
neris

Intèr communes tamen *Adstringentium* effe-
ctus non incelebris est *Testium* tumor qui vbi
imminet *Scrotum* imprimis obtuse pungitur
Dartros vrit ac rubescit, æger denique febre
corripitur, inque ijs sedibus metuenda inflam-
matione. Ad hanc auertendam Vena bis, ter-
ue, quaterue tundi debet, & prout casus feret,
aut æger poterit tolerare. Mòx verò tota in-
vngetur regio *Peringi* inter *Scrotum* & *Anum*,
ipsumque etiam *Scrotum* hoc balsamo:

R. ol. *Masticin.*, *ruthac.*, *menthac.* a. ij. *sem.*
rut. & *vrtic.* a. i. *cariophyl.* a. s. *cera q. s. pul-*

ue-

uerisat. pulueris and. f. ungu.

Hoc enim resoluisse vel prægandes *Testium* hernias author ipse sum, & quicquid olea pro salium retibus hodièque à Medicis reputentur. Aliàs in minori inflammatione sufficit terra sub Pollionum rotâ concrescens alibi laudata; commendabatque hanc sæpè eximius Præcep. meus *D. Petrus Chirac.* ex eo, quod scobe ferreâ imprægnata istius volatilitate discussit, digerit, idest sanguinem attenuat, expansumue in vasa debita reducit. *Omnia tamen Topica (Schmitzium audis) ita applicentur, ut Testes minus dependeant; intercipiens ad latus Pubis accommodetur.* Si verò *Testium* tumor non fuerit inflammatorius, tantum duritie valeat, tūm fiat inunctio ex balsamo sulphuris succinato [*Dolgo* suadente] aut lintea oleo Guaiaci intincta adhibeantur, quod citissimè ac potentissimè penetrat. Verum non est, cùr hic alia apud alios inuestigem, cùm eorundem in libris infinitus sit numerus. Sufficit igitur adijciam, quod si talibus non obstantibus Tumor in immoto persistit, *Emollientia* tentanda veniunt, vt *Cataplasma* de mica panis, cui post aliquot dies subrogabitur alterum *Vigonis*, quod dicitur ex quaduplicato mercurio. Hinc enim, quod supradicta

dicta olea discutere non potuerunt, semen
scilicet in *Testibus* grumefactum, *Mercuriali*
penetrantiâ resolutum iri spero: et si hoc vnius,
vel alterius mensis spatio continuò adhibitū
non profecerit, denuncio *Venereum* luem altè
iàm ossium medullis insidere, sicque illum,
idest Tumorem nonnisi remedijs hanc Luem
profligantibus expugnatum iri. De Fistulis in
Perinaq è suppressâ Gonorrhœâ, vel &c. pro-
uenientibus nihil habeo, quod reponam Signi-
ficabo tantum, cedere has interdùm *Antive-
nereis* pharmacis, quemadmodùm nempè &
alij quiuis *Pudendorum* morbi cedere consue-
uerunt. Denique Gonorrhœa sæpiùs, inter-
dùm quòque initio & inopportunè dispareret;
quod si malè moratis, quiue vitæ solutioris
sunt, accidat, metuendum planè; non sic, si
abstemijs, & qui vitæ sunt continentioris. A r-
guit nàmque ea fuga exquisitam Veneni *Ve-
nerei* volatilitatem in his ægris; denotat in
alijs maximam fixitatem. Sed quicquid port-
endat euasio hæc, immature fugientj ne credas
vnquam; vrge pharmaca, absolue victoriam.
Fortassis etenim ex uno miasmate corporis
cuiquam angulo infixo ingens populatio seq-
uetur, quemadmodùm ex parua scintillulâ
magnum jncendum. Accedit, quòd eiusmo-

di

di fluxio recurrit, pausat, languet, desinit absque lege, ob excessum nempè in rebus nōnaturalibus, vti nouimus; vel potissimum, qvum peruersâ confessione Medicum & adhuc magis semetipsos fallunt Ægroti. Pro Colophone queritur quibusnam amuletis præmunire se quis valeat contrá hos morbos. Sed indignatur *Waldschmidt*, increpatque *Magninum*, tanquam parùm Christiané scripserit, quod impuné quis & securè cum infecta concubere posset. Neque enim *opus est* [inquit] ut agatur de præservatione istorum affectuum, ne major occasio præbeatur peccandi. Pace nihilominus tanti Viri, non sunt hęc scripta, quae ansam flagitijs porrigunt; ast nostra inconsiderantia; ast svus cuiusque stimulus iuxta illud

— *Trahit sua quemque libido.*

Proptèr quod huic affectui medicaturus *Vergilius* sic loquitur in *Georgicis*:

*Sed non ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, Et cæci stimulos auertere*
[*Amoris.*]

*Fugiamus scilicet [inclamat Scaliger] fugiamus
pocillatricem illam [Venerem] et ne illud sitiamus,*
— — — *vnde laboris*

Plus haurire mali est, quam ex re decerpe-
[*re fructus.*]

Quod si tamèn Animo non possumus, cùr ini-
qvum erit Corpori mederi? sique illud præ-
seruare non valemus á peccato, istud saltèm
liberemus á supplicio. Quamobrém mitior *Ettmullerus*, misericordiâ, atque in Proximum
maiori charitate prædictus mentē suam aperi-
re non dubitauit his verbis. Si cui libeat præ-
seruare se ab hac *Gonorrhœa*, quam nempè *Ve-
nus* vexat, interim tamen non certus esse potest
an cum infecta coeat; is præseruationis loco, mox
ante, aut post coitum assumat spiritus, seu olei
Therebent. vol. gut. vj., vij., vel viij. in haustis
vini generosi; huius enim abstersionia vis meatum
urinarium, eiusque sal volatile oleosum abster-
git, ac corrigit contagium virulentum forsitan
haustum. Nescio nihilominus, an probatissi-
mus Author de hoc remedio experimentum
fecerit: cum viris Septentrionalibus (Deo sit
laus) talia experiundi minor occasio adsit,
testante *Spleiffo*: *Hac in parte, nos Germani fæ-
liciores, á iusto Deo, si Venere peccauerimus, tem-
porali Iudici multandi relinquamur, interim à
lue tám fœda ut plurimum immunes.* Ut tut verò
expertus fuerit; non facile comparatu est ple-
risque illud oleum, & cùm libido antidotum
aliquandò nolit vel exspectare, vel audire.
Dabo igitùr aliud remedium expertissimum.

&

& vbique obuium, tametsi terminis parùm
ænigmaticis: *Accipe videlicet Sinceram post coi-*
tum, & marita. Sed libet loqui planiús, ne
fortè censeas approbare me iamdiù reiectam
Synapij ac Musitani opinionem, quâ volunt
coitu cum sanâ muliere repetito virus ex pri-
ori susceptum atrahi ab hâc, tanquam à vipe-
ræ capite, aut scorpio contuso, quæ proprium
venenum resumere existimantur. *Accipe*,
igitûr aquam fontanam, siuè putealem qua-
lemcunque, & benè *Inguen* proluce; sed debet
ea esse tepida, seú, adminimum, non frigi-
da. Hæc enim crebrâ experientia teste plu-
res à Scortorum maleficijs liberauit; et ratio
est, quam totiès de *humectantibus*, siuè *diluen-*
tibus tradidimus, adeò vt nosse possis Ratio-
nem & Experientiam in Praxi nostra sibi mu-
tuò correspondere.



CAPVT QVARTVM
DE MORBIS VTRIVSQUE SEXVS
 E T
De Affectionibus Totius;
Ubi
DE LVE VENEREA
 ARTICVLVS J.

De Pano Inguinis.

§ 1

I.
 Babonis
 Nonen-
 elatura,



ARRAT *Plutarchus* vicum fuisse quendam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ vocabantur; apud quos moris erat, ut qui fuisset in Adulterio deprehensus ignominiosas pœnas daret impactis in *Pudendam* corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis reperiebantur. Hoc tempore si existerent Placiadæ id genus multæ superuacaneum

caneum ducerent . quandoquidem viderent longè aciores raphanos sponte , ex se , crescere in *Inguine Adulterorum* ; viderent,inquam, Tumores magnos , dolorificos ,duros , rebelles , malignos inuadere præfatam partem , ibidemque præ ferociâ ita debachari , vt postquam lentam veluti carnificinam exercuerint , ad extremum Ægros Libithinæ deuoueant . Tumores profecto hos Grœci *Phygethlo-nes* vocant , Latini *Panos* , (ob similitudinem scilicet , quam habent cum tramæ inuolucris , teste *Nonio*) atque ex *Fernelio Phlegmones sunt in Adenum locis emergentes* , vt in Ceruice , maximè verò in Alis & in *Inguinibus* : quamuis alij in his postremis sedibus duntaxat germinari perhibent , vtque rursus ad olera alludant , pro magnis bulbis *Bubones* audiunt .

Comparere solēt hi cum , vel sine Gonorrhœâ [quapropter hic etiam à nobis fuerunt describendi] seque inuicem causant , & causantur mutuò . Causa tamen illorum frequentior est , quæ & coeteras *Pudendorum* parit affectiones : muliebre nimirum pus in *Viris* , & Virile in *fœminis* , que tali supplicio damnantur . Sed ambiges confessim , quomodo tam fœminum , quam masculinum virus remotum illud , nempè *Inguen* adoriri valeat ? Missa Veterum

I.J.
Causæ ,

sententia Tuathologica nimis & vanâ Recen-
 tiores in hoc sunt , vt velint muliebres sordes
 (vt nempè à causâ Virilium Bubonum exor-
 diar] gliscere iuxta *Colem* per externam istius
 superficiem usque ad dictam partem: masculi-
 nas autem suffundi fœminis in tali loco, quod
 est earundem *Inguina* irrumare. In utroque ta-
 mén decipiuntur . Quatinus in turpi ample-
 xu nec fœminina sanies labi ad *Inguen* *Viri*, nec
Virilis irrumare , seu fucare potest *Inguen* fœ-
 minæ. Obstant enim ad illud , Maris incuba-
 tus : pro hoc, introductio maschiliis *membri* in
Intercapedinem muliebrem : post eductionem
 autem, neutri Sexui laterales hypogastricæ re-
 gionis partes madvisse viru vnquam compre-
 tæ sunt , & ni fortè de industria vter alteri
 confricuisset . Insupèr fœmininum semen (vt
 ad istud redeam) quotiescunque excernitur ,
 non supernè ad *Clitoridem* , neque lateraliter
 propè *Nymphas* ; verùm infernè versùs *Fra-
 num Vulvæ* , adeoque, in congressu maris , suprà
 dorsum *Penis* iaculatur ; quæ res est ut idem
 introrsum potius, quam extrorsum relabatur.
 Ad quod faciunt itidem *Labia* eiusdem *Rimæ*
 & circumfusi pili , qui omnem illi aditum ad
 Uiri *Inguen* prohibit. Sed quicquid de his
 sit [pudet enim talia memorare] uolunt postea
 ijdem

ijdem Practici, quod, quomodo cùnque eò peruererit siuè muliebre, siuè masculinum. virus, & siuè alterutrum, siuè vtrumque *In-
guen* fuerit assecutum, protinus per apertam
cutim atque hiantia præ *Venereo* oestro venu-
larum ora ibidem concedat in subiectas glan-
dulas. Quid verò? si nulla eiusmodi vasa ad
istas transeant, vt suadere videtur autopsia[ne-
que enim glandulæ imprimis Vessiculose su-
scipiendo sanguini dicatae sunt), monetque
Anatome interdictum esse quodlibet cōmer-
cium vasorum exteriorum cum ijs giandulis
mediante Peritonæo, quod eminet superex-
tensum. Nec vacat confugere ad porositates.
Quandoquidem nequè hę tam rectę, nec suffu-
sum pus in tantâ copiâ esse potest, vt perin-
dē, ceū fomenti vires exerat. Iunge, quod
hoc fixum est, eoque magis, vbi ad *Inguen* per-
uenerit. Qui igitur penetrat ad dictas glan-
dulas? Sciturus nihilominus quo pacto men-
struum illud venenatum huc irrumpat, re-
duc in memoriam, quæ suprà, *Artic.* de Gon-
orrhoeâ, narrauimus de lympheductibus ad
Præputium descendantibus ex ijsdem glandu-
lis: dices protinus manifestum esse, quamò-
brèm tale fermentum à foeminâ eiectum coi-
tūs tempore, si paulò fixius sit, adeò vt ulte-
riùs

terius non queat excurrere, vel proptèr aliam quamlibet rationem in eodem *Preputio* pausare debeat, supradicta emunctoria dicto citius aggrediatur. Constat ettenim, quod imprægnata isto, & ab austoris menstrui eiusdem partibus coagulata lympha in citatis vasculis contenta, uti glandulæ ob impedimentum suppeditare aliam posteà non valebunt, ita retenta hæc & lacunata illarum molem auctura sit: ac præsertim, quia virus tales ductus ingressum nullo negocio euaporabit in dietas sedes, per communicationem scilicet filamentorum præfatæ lymphæ, non secùs planè, quam ut modicum fermenti ingentem pastæ massam in sui similem conuertere consuevit. De Fœminis idem censeri debet. quamuis enim lymphæ vascula in ijs nondum animaduerterim; ob consimilem tamen mechanicem, quam deteximus in Viris, credibile est illos, idest lymphæ-ductus, etiam in fœminis transire è glandulis *Inguinalibus* ad *Vaginam*, sicque aditum præbere halitibus venenosis à spurco Masculo communicatis. Assentitur Hippocrates: *Quibus*, inquit, *vulcus factum fuerit in Utero* (qui indifferenter ab eodem & pro Matrice accipitur & pro *Vagina* [his febres & *Inguinum* tumores succedere necesse est, & dolo-

dolores in his locis ; quibus verbis expressè denotat consensum Muliebrium cum Inguinibus.

Verùm cuiusuis demùm *Inguen* impetierit idem virus, siuè Maris, siuè Fœminæ, & siuè alterutrum, siuè vtrumque, nonnè patet ibidèm existentes glandulas [quæ in unoquoquis quatuor ut plurimum reperiuntur] vel seorsim, vel coniunctim inflandas esse ex stagnatione nimirùm lymphæ, quæ indè abire in posterūm non valebit, quæque móx à virulentis salibus exaltata turgescere incipiet, ac veluti despumare? Non renuis! En igitùr exordia Bubonis *Venerei Inguinalis!*

III.
Ortus,

Tractu quippè temporis, vti ex tali turgescentiâ vis infertur membranis tales glandulas occingentibus, ità disrumpuntur vasorum Curalium propagines, quæ ad ipsas mettunicas deriuantur: atque hinc porrò sanguis, quoniàm extra vasatus antiquum partium ordinem ac dispositionem amittit, in fermentationem iccirco raptus superstantes musculos loedit, hoc est, immisxis huc acribus ac volatilibus particulis fluentem in ijs sanguinem contaminat, siuè attenuat, alterat ac fermentat adeò, quòd hic è vasis suis eductus externâ inflammatione intrinsecæ respondere pergit. Facit ad huiusmodi inflammationem

IV.
Incre-
mentum;

Y

etiam

etiam fibrarum Musculorum Abdominis prædictorum [vnum si demas Rectum , vtpotè magis remotum] curuatura , quæ accidit inquantùm , quòd subiectæ glandulæ iàm tumefactæ extrorsum superstratas partes cogunt , idest Musculos præfatos . Hinc ettenim vasa sanguifera disrumpi , adminimum sanguinis circuitus in dictis partibus impediri debet .

§. 2.

J.
Matura-
tio ,

Quo facto , præter Tumorem , rubedo infolens in *Inguine* apparebit : dolor etiàm ob distorsionem & fibrarum ex fermentante sanguine vellicationem interueniet ; qui hinc adurens [vtpotè Animo sensationem illam ferè ad ambusta comparante] indé punc torius videbitur : quando siue sinceri , siue iàm in pus conuersi cruoris moleculæ acicularum specie perstrinxerint Musculorum fibras ; ac simùl denique profundè lacinans : ubi scilicet in glandulis existens venenata lympha aut ob moram exaltata , vel abientem calorem fuerit experta , vel postremò , cum affuso pure in harenam veluti descenderit . Tunc enim glandulofo parenchymate concusso dolebit Animus ; et vti carne molliore sunt eodem glandulæ , ita sensum reddent hebetiorem . Comitatur

mitatur intereā hæc Incessus deprauatus . Quandoquidem ex vna parte , contractis præ tumore , qui secūs *Inguina* exoriuntur , Cru rum Musculis , intendi illa , rigere ac vara fieri debent : ex aliâ , quoniām maior arcuatarum in eodem *Inguine* fibrarum contractio fit de ductis Femoribus , ne idcircò indè augeatur dolor , Animus vt hæc cautè moueat , inces sum vitiat . Iungitur , quòd turgentes Glan dulæ , dūm Femoribus superponderant , re ducemque per venas sanguinem deorsum co gunt , ampliatis vasculis fartisque Musculis horum motui frænum injciunt . Et hæc equidem causa est , cùr in Bubone *Venero Coxæ* turgescunt . Ut enim sanguis infrà *Inguen* retinetur , ità eę humore saginentur necessum est . Replentur autem imprimis sero , quòd hoc facile cùm per vasorum poros transudat , tūm ab eorundem oscillis exigitur . Quapropter oedematosæ euadunt pedetentim ; et , si venosum aliquid fortè disrumpatur , etiām erisypellatosæ . Quamuis hæc inflammatio misce ri oedemati nunquam consueuit , nisi quùm Bubo suppurationi maturus est , in quo casu idem sæpenumerò euaneat ; quotiēs nempè sanies iām confecta nec tamen euacuata per constantem adhuc fermentationem attenua-

Obseru.

Obsernat.

tur sic vt denique in vasa sanguinea se recipiat. Vidi crebrò illius apertura à Chirурgo interdùm procrastinatâ, mane sequente Panum ampliùs non fuisse inuentum, sed eius loco aut vestigia Luis, aut Tumorem erisypellatodem de quibus agemus in Prognosticis. Alij è conuerso ad maturationem ægrè perducuntur, vel quod parua salium venenatorum manus ad *Inguinales* glandulas accesserit; vel, quòd singulæ quatuor glandulæ vnitim à viru haud fuerint occupatæ [Duabus ettenim aut vna tantum prehensâ, vti lympha exindè ad alias minimè infectas subrepit, ità subducto pariter venenosofe menstruo minuitur in illis fermentatio, à quâ porrò fanies conficitur] Velenique impeditur maturatio ex eo, quòd eadem glandulæ non derepente, ast sensim, eâ nimirūm ratione fuerint infectæ, vt aliquibus lymphæ flocis primitus coagulatis cœteri subindé nonnisi per successiūam ante strictorum compressionem coaluerint. Quo fit, vt virus glandularum meditullium quàm lentissimè assecutum ægrè itidèm in fermentationem irrumpat, vt acceleret suppurationem. Atque hoc quidèm phænonemon mente nonnunquam recolenti mihi motiua adjicebantur ad credendum lymphā

è di-

è dictis glandulis, videlicèt *Inguinalibus* dif-
fundì in *Penem*, ac per consequens Bubonem
Gallicum fieri modo à nobis suprà descripto,
planè, vt & ex postrema modo allegatarum
rationum de lenta illius suppuratione colligi
abbundè potest. Jámque proximè suppura-
urus Bubo, siquidèm Corpus quiete, Animum
patientiâ orbauerit, fresso idcircò ob diutinas
agitationes, præsertim ex fermentantibus in
venas quotidiè repentibus particulis cruoris
massâ febrilis diathesis in hanc inducetur, seù
febris illa Suppuratoria vulgò nuncupata, vt
est manifestum.

Licet autém ritè suppurauerit ille Tumor,
sponte suâ tamen nuoquām aperietur; quòd
in partibus longè à Cute positis existente sa-
nie, hæc, potiùs quām extrorsum, intrà cor-
pus iter quærat. Perforatur itaque; & si probè
successerit maturatio, pus flauum redditur
ac saniosum: copia itidèm est sufficiens, &
laudabilis consistentia; non sic, si illa velut
fuerit extorta. Siquidèm jn tali casu serosum
apparet illud, nempè pus, tenue, inolidum,
& in paucâ demùm quantitate.

Ulcus deinde, quod Abscessum sequitur,
arescit, ac labia ostendit alba, sicca, & per
consequens duriuscula, alio interim, quod tur-

II.
Absces-
sus,

II.J.
Ulcus,

gentem exceperit Abscessum, floridis humen-
tibusque obsito, & quædemùm vel suapte sp-
onte ad cicatricem perducuntur. Quò minus
igitúr periculi in hoc est, eò magis crescere in
nobis debet obligatio de illo edisserendi ; vt-
que oris aliquantulùm glabris, siuè siccis, ad-
eòque duris reliquimus, sic inspiciamus nùnc
præditum etiàm callosis. Calli huiusce causa
à nobis alibi iám lata est ; nihilominùs com-
pendij ergò híc adiçiemus : quód decisis are-
scentibus tûm Cutaneis, tûm Musculosis fib-
ris, ac proptereà valdoperè contractis, succi
nutritij elices inter binas quotlibet existentes
obstipantur. Quocircà is ibidèm coercitus si-
cuti gliscente postmodùm hinc nitro aereo,
indè autèm alio Acido-fixo ab infectis glan-
dulis exhalante condensari debet, ità glutinis
formam nactus talia capita [ideft cœfarum
fibrarum iám contractas extremitates] ità
conferruminet necessum est, vt margo quæ-
dam, siuè vallum durissimum circà prædictū
vlcus excitetur. Nec tám ambitus, quám si-
nus vleris præ duritie riget. siquidèm distra-
cto in alias partes nutrimento[dicam planiùs]
Quippè sanguine in Arterijs condensato *Ingui-*
nales glandulæ fraudantur humore suo, pro-
indèque sitiunt continuò ac durescunt. Hinc
itáque

itaque albidus interdum ichor, sed in paucissima quantitate, ac rursum tam viscidus, ut nec abstergi aliquando possit.

Verum non procedente nutrimento Gangrena exoritur, liuent labia, concedunt mortificata: virus etiam ab his in sanas partes raptum fermentatione iugi carnes deuorat, vlcus ampliat. Vidi ego soepius huiusmodi vlcera phagædenica, depascientia maligna eò sequitæ deuenisse, ut erosis Vmbilico tenus Abdominis Musculis, Pyramidales ipsos è confinijs diremerint, Peritonæum terebrarint. Quocircà inductâ hinc in *Penem* virulentâ lymphâ Phymoses & Gonorrhœę, indè verò contaminato Sanguine Febrium exacerbationes, Appetitus deiectiones, ac Diarrhoeæ demum (vt quæ instantis Fati non æquiocæ indicinæ erant) nascebantur. Quod Phymosin & Gonorrhœam; hæc erant, quæ me plenæ persuasum fecerant de influxu lymphæ à glandulis *Inguinalibus* in *Præputium*, *Prostatas* & Urethram. Qui enim, aliter, tales morbi euenire potuissent? Cœterò Febris oritur in tali casu ex eo quod retractum in venas pus, quoniām ægrè ob molem ibidem circulare, atque ob diuersam partium dispositionem cum sanguine conuenire nequit, Ätereæ materiæ per

IV
Gangræna.

Obseruat.

Obseruat.

per hunc influxu paſſim ideò intercluso tu-
multus miscere debet , hoc eſt fermentationes
excitare , ſiuè Febres: quæ acceſſione nouę ma-
teriæ exacerbantur potiſſimum ē primis vijs,
vt videre eſt in viceribus Pulmorū , Inteſti-
norū &c. Ut verò iterū in præfatis ulce-
ribus Pulmonū , alijsque morbis ex vitioſa
lymphâ , in fine languet Appetentia ; ità in
Bubonibus ulceratis , febre preſertim adſtan-
te. Nàm ſulphureis eiusdem lymphæ mole-
culis conſtrictis , ſalinis autem attritis nonni-
ſi ferofum quid labitur cùm ad Oesophagœas
Noſtras , tūm ad alias glandulas digestivum
menſtruum elaborantes , iners profectò ſtimu-
lus titillandis neruis , ſiué , ad Famis ſenſum
inducendum. Sequitur Diarrhoea , & Tragoe-
diam claudit . Incipit hæc ab irritatione
Intestinorum Ilei & Colon , quā parte ſub In-
guine obuolvuntur , finitque ut plurimū ex
humorum colliquatione , vel priuatione In-
testinalis mucci , vt oſtendemus Artic. 4. Mi-
tto crebras hæmorragias Bubonibus ulceratis
familiares , vt quæ Prognofin potius ſpectant
quām hunc locum . Denique Gangræna , ſi
diutius protrahatur , partesque ſibi coniunctas in
affectionis conſortium pertrahat , partemque ma-
gnam , ex toto , vita , ſenſu , motuque priuet , in
Spha-

Sphacelum, hoc est perfectam necrosim degenerat. Sic nimirūm partes carnosæ magna inflammatio- ne tentatæ in necrosin incidunt, si huiusmodi inflammatio nec digeri, neque in pus mutari propter suam magnitudinem, calorisque nativi infirmi- tatem possit (ait Liebautius)

§. 3.

Porrò hucusque dicta Diagnoseos loco esse possent Bubonis *Venerei* ab alio nō ipso. Sed permittamus nihilominùs adhuc aliquid Rudioribus. Ergò *Intertrigo*, qui Tumor consimilis est Buboni, quæque ab exercitio aliquo violento, deambulatione præsertim in aprico facta ut plurimum procedit, ijs nunquam stipatur accidentibus, quæ suprà numerauimus: tantum molestè vrget, hincque paucorum dierum interuallo definit congruâ refrigeratione; Victu nimirūm *humido*, *Resoluente* aliquo Topicō, vt *Vrinâ*, & *Corporis* tandem, Animi- que tranquillitate. Pani verò in *Inguinibus* Mu- lierum plerūmque à suppressis menstruis aut ex Abortu (quales tamen Ego noui nunquam, neque adeó fieri posse censeo, non obstante *Hippocrat.* decreto, aliorumque prisci qui Med. Antistitum, de quo suo loco) ex suis-met causis [si tamèn veré tales sint] elucentur; ac po-

I.
Signa Di-
agnost.

tremó Bubones pestilentes nil commune habent cū Venereis, vti ex Antecedentibus symptomatibus atque ex Cōuinētis rimari facile qui-
 uis potest. Supersunt ergo Gallici, quorum promiscua signa esse possunt siuè à Lue dependeāt,
 siuè à coitu cū muliere immunda. Nihilominus tamen nisi alia adsint, quæ eiusdem Luis præ-
 sentiam denotent, obvium est cuilibet de istius exortu deliberare. Quippe ijs absentibus eti-
 am si durus, etiam si contumax, parvus, pallidus, rebellis sit Tumor, comprehendet nihiloseciūs quilibet ipsum à viru fœmineo ori-
 ginem traxisse, prognosi interea in aliud tem-
 pus delatā. Generaliter autem Ægri confes-
 sio de Bubonis specie decidet; quæ proptereā
 ni spontanea sit, omni arte extorqueri debet;
 arte, inquam, prudentiæ. Quandoquidem
 [redeunt hic mihi in memoriam verba *D. Bartholomai Torini* quondam Archiatri Pede-
 montani celeberrimi] *Medicina vel Pruden-
 tia est, vel quid affine Prudentiæ:* et ne id tibi
 contingat, quod ignaris Barbiton soribus; qui
 dum Infirmis facile aures prœbent, horum-
 quæ mendacijs occipiuntur, Bubones porró
 Phlegmonum aut Furunculorum in morem
 pertractant, sicque eosdem Ægros tandem in
 discrimen adducunt, à quo recedere aliquan-

dō

dò non datur.

Prognostica facturus obserua suppurantem: videas, an hæc mutatio citò, plenè, rubicundè, viuidè fiat! et dic porró, huiusmodi Tumorem omnis propemodum periculi esse, expertem adeò nimirùm, vt intèr *Venerea* pro inculpatissimo reputetur Bubo, modò circumstantijs nupèr allegatis concomitetur: nec abest ratio. Ettenim virulenta salia sicubi fermentent, vbi ad *Inguina* descìuerunt; mutata protinùs figurâ nullam organicis fluidisue partibus labem imprimere apta sunt: non sic tamen, postquam alibi, in corpore, latibula quæsierint. Postulabis idcircò cùr alij serotini, alij ad maturationem præcoces Bubones habeantur? Relp. quià (missâ Corporum constitutione, alijsque impedimentis, de quibus fusiùs in Therapeuticis) consueuere interdùm venenosí echini paruo examine conuenire in dictis glandulis; ac proptereà, cùm ægrè ibidèm tumultus sint concitaturi, maturationē profectò pigrè sollicitare: non sic verò vbi faro quasi exercitu concurrerint. Verùm enim verò licet rarum sit, quod agmen eò confluixerit, raritas tamen illa lympham ibidèm inquinare capax est, ac pedetentim protinùs in venas repere: è contrà illud, quod nem-

IJ.
Prgnosti-
ca Bubo-
ais non
aperti.

pè fuerit benè condensatum. Tametsi quidèm maius lymphæ inquinamentum [Luem scilicet *Venereum*] ocyùs portendit Bubo retr-ocedens, idque siuè è lymphè fermentatione nimiâ, siué ex aliâ qualibet causâ contingat. Relapsum ettenim in venas virus quid, nisi sanguineam diathesin, subuertat? Obseruaui ego plurimos eiusmodi Tumorū, ex quo euauerant, Luem illam statim auocasse: effugisse autem plerūmque ferè cùm essent absces-suri. Quapropter in quibusdam procrastina-ta forte illorum incisione, alterâ die Bubonē in Erysipella conuersum vidi, quo Abdomen confessim circa *Inguen* inflammabatur, & ru-bor viuidissimus apparebat cum tumore nul-lo, febre interim validè excandescente, ac Le-tho demùm consequente. Porrò huiuscē Er-isypellatis si rationem exposcas, tene, que-madmodùm intér. maturescendum consertà fortè sanguinem intér & virus feruidissimā ali-quâ luctâ indé resultans ichor eatenùs atten-uari debuit, vt venas inire potuerit, vapor-isque in morem superaxtantem cutenī imbi-bere. Quocircá extenuato Bubone miliares glandulæ obstruendæ fuerunt, abscisisque, vasculis circùm repentinibus ità inflammande, vt hypogastricæ regionis superficiem lam-

ben-

bente flammâ, vnâque inflatâ glandulâ aliam coarctante, & sic deinceps, ignis ille inualuerit, totam Abdominis inferiorem partem occupauerit &c. His non obstantibus, si, priusquam percrebuerit, elabatur, ac tûm quidèm mollis, albus, indolens fuerit Bubo, minimè metuendus. Indicat námque se à viru admodum volatile pependisse: quamobrèm et si lymphè se se immiscuerit, idemque repserit in venas, illic nihilominùs nullam coagulationem in hoc nullam malignam diathesin induceturum. Jam verò *Bubones molles boni, crudi verò mali;* quem Hippocratis locum sic commentatur Hollerius: *Per molles Tumores intelligit eos, qui vergunt ad suppurationem, si verò duri sunt, indicant cruditatem materiae, & contumaciam, de qua Poëta.*

— *Latet anguis in herba.*

Quamobrèm boni etiàm sunt qui aspectu sunt sanguinolenti: è contrà verò liuidi, pallidi, aridi, parui; vt qui sanguinem denotant iàm esse contaminatum; vel, quòd lymphæ tenuiori parte reasumpta, seu venis confusa, aut aliò sufflaminatâ virus ibidèm quasi viscatum exerere se se ampliùs nequeat, ac fermentare; id, quod in Febribus, in Sudationibus, inque alijs huiusmodi euacuationibus obseruat.

cidiisse non semel comperi. Rursus, ex eodem
Hippocrate, Suppuratio, quæ foras vertitur
 optima est si parua, maximèque egreditur, &
 in sublime ressurgit si verò magna est & lata,
 minimèque in mucronem subducitur, pessi-
 ma. Et *Galenus* in Commentario ait: Constat
 ut in Suppurationibus indulgentior habeatur, quæ
 foras, non intro tendit, atque ex his ipsis, quæ non
 ampliorem prehendit sedem in latitudinem exten-
 ta; si vero in sublime feratur Coniformulam red-
 dens, foras expellentis robur indicat facultatis,
 & iam non magnam erumpit sedem corporis, quod
 eredit. Quacumque vero retrocedit (sequor hic
 ego Hippocratis textum, ut potè cum meâ, tûm
 aliorum quorumcunque Medicorum exper-
 ientia sacrum) optima est, si cum exteriori sede
 nihil communicat; sed adducta est, nec dolet &
 omnis exterior locus unicolor appareat. Miror,
 cur non dixerit etiam mollem; cum Ego ret-
 rocedentem huiusmodi Bubonem obseruauem-
 rim nullius malitiæ fuisse, ob virus nimi-
 rum in fluxili humiditate veluti suffocatum;
 et quod propterea supra adnotare non desij.
 Veru[m] subdit Hippocrates) si abscessus deletus fue-
 rit nequaquam secreta sane. difficilis morbus est.
 periculum enim delirij mortisque imminet: prout
 nempe in inflammationibus Erisypellatosis
 haud

haud ità dudùm à nobis animaduersum est. Denique, dum *pus* conficitur dolores & febres accidunt: et hēc nisi contingāt, Bubo nunquam suppurabit, siue maturus erit; prout quisuis etiām triseclis Chirurgus nouit.

Abscessu factō spes erit multa (inquit Hollerij Scolastes) *si pus quod erumpit purum sit, videlicet unius formae, non ex diuersis naturis commixtum: album, ab ea albedine, quam fibrarum membranarum & corporum spermaticorum integras* (iuxit sem potius exquisitam salium iam fermentatorum præcipitationem) *inducit; equalē, ea equalitate materia, quæ est uniusmodi in crassitie, tenuitate, colore, coctione: lique, eo lauore quem vis caloris nativi [hoc est, sanguinis rite fermentantis] se se in omnem partem insinuantis profert; denique minimè fætidum, idest ingrati quodammodo odoris, qui e conditione materiae purissimae pendet (verius à sanguinis particulis ritè subactis]. Quod autem, huic contrarium est [prescribit Diuinus Senex] pessimum censi debet; & si præterea liuidum, cænosum, fæculentum fluat, aut qualis amurca . Quandoquidem talis rivus fontis inquinamenta testatur. Et alibi; *Vlcerā*, inquit, *si repugnantur pure albo, celerem curationem indicant: si vero in saniosos humo-**

III.
Vlcerati,

res

mores transmutentur, maligna funt. Prisci
nāmque itā Pus, Saniem, Ichorem distingue-
bant, vt Pus ex sanguine solo suppurato (que-
madmodūm apud Celsum legitur) aut carne
contusa fiat: Sanies excrementum tenuē & aq-
uosum extrā corpus, quod emanat ex vlcere
malo, maximē, vbi nero læso inflammatio
sequitur; Ichor aquosa, vel serosa humiditas in-
trā corpus siuē sanguinis, siuē alterius humo-
ris. Quæ tria tamen post decretam sanguinis
circulationem non amplius locum habent:
cūm à sanguine ipso vnicè deriuentur, &
reapse vnum sint pro diuersa eiusdem con-
stitutione duntaxat distinctum. Quocirca
indiscriminatim dicere solemus Pus tenuē
aquosum serosum, humidum &c. Et aquo-
sum quidēm pus, saniesue, aut ichor fit,
quotiescūque ab acido fixatum fuerit, U.caus.
quandò uenenum gallicum constrictis sul-
phureis illius filamentis serosas intermixtas
partes exprimit, aut, quandò sanguinea
in vasis condensatā lymphā nonnisi serum
labitur ad vlcus: in quibus proptereā casu-
bus hoc ipsum vlcus prætumidam oram
gerit, siuē callosam, liuidam. Quicquid ex
alia parte talia euadere etiā possunt labia
vlceris, quæ albam vtcūnque saniem expu-
unt

unt, si modò hæc paulo spissior & iusto viscidior sit, & in pauca demum quantitate. Quatenus ex hac, siccescere debent dicta Labia; ex illo, decisarum fibrarum capitibus veluti conglutinatis, durescere ac tumere.

Porrò callus huiuscemodi in Bubonibus infastus sempèr est. Gangrænam quippè, impedita partium nutritione, sempèr manuducit, vt & ulceris grandescentiam, sanie coercita. Mitto Luem *Venereum*, vt quę subintellici ex posteriore causa potest. Cœterū periculosa est illa, scilicet Gangræna, si adjiciatur vel febris aliqua periodica, vel Diarrhoea, vel denique Hæmorrhagia, vt sepenūero abs me animaduersū fuisse supra retuli. Et quod hæmoragiā: hæc proficua & salutaris pluriē spectata est, ante videlicet sanguinis infectionem: non sic, ulceri iam inueterato. Quippè illo tempore humoris afluxum puris, acrimoniam, fibrarum rigiditatem compescet; alias verò exanthlatis volatiliorum ac maximè balsamicorum salium reliquijs non nisi vires deijciebat, Gangrænam ac partium mortificationem augebat, vt est manifestū. Denique (concludit Hippocrates) *ulcus ante mortem, si periturus est homo, liuidum ac siccum erit.* Vidi ego prætereà, in quibus etiā pallidum: & profecto, *Pallida mors.*

IV.
Gangræ-
nosi.

Observat.

§ 4.

J.
Cura Bu-
bonis Ve-
nerei be-
nigii.

EX his collige, Bubonis Suppurationem, omni studio promouendam, & nisi sponte contingat, Arte extorquendam esse. Sponte autem occurret, vt Febris quædam laxatoria, dolor bullicans, saturus rubor: figura item idonea, mollices ac magnitudo iuxta conuenient. In quo casu nullâ interpositâ morâ ferrum adhibebitur, sectio instituetur obliquè, siue deorsum ad *Inguinis* commissuram, vt videlicet pus commodè exanthletur, vtque iterum sic dissectæ fibræ minus renuant consolidationem. Hoc facto euacuandus, mòxque abstergendus, mundificandus, ac demùm cicatrizandus est Bubo ijs penè remediis, que in Phlegmonibus alijs benignis vel ipsi Tonfores usurpare sciunt.

I.J.
Maligni,
siue non
suppura-
ntis

Sed, si Arte opus, cura, simulac Tumor vrgere incipit, obducas ipsum pulte lacteâ, seù Emplastro de mica panis, Vnguento de muccillaginibus, aut alio quolibet *suppuratorio* hisce genuino prorsus, quià liquidæ eiusmodi Topicorum partes fixa Veneni salia diluere, in fermentationem agere aptæ sunt. Interim quiuis excessus præterquam in *Venereis*] homini permittendus: Chorææ insuper,

pér, Tangomenæ, Ludicra, Exercitationes omnes [modò Sudorem tamen non cieant] imò aliquatenūs quòque Crapulæ & compositiones cum vinò imprimis meraciori, cum Aqua Vitæ, Rore Solis &c. ad luctam nimirum humorum in glandulis *Inguinalibus* incendendam. Præscribantur ad hoc præterea Theriacalia, Iuniperina, Gaiacina & similia plura, donec tandem euincatur intentum. Ex aduerso euacuationes insolitæ, quoàd fieri poterit, sistantur, tùm naturales, vt Hæmorroides, tùm Artificiales, vt Phlebotomie, Purgationes &c. Fugiantur vltérius Topica *Repercussiua* appellata, vt quæ virus fixando ipsum minús habile reddunt ad fermentandum: necnon demùm *Resoluentia*. Quandoquidem inconceptibile est, quomodò hęc idem virus ex talibus glandulis excussura sint forsque penitus eliminatura. quodsi nihilominus *Suppurantia* præfata, & præterea alia, vt Althæa, Parietaria, Oleum lumbricorum & huiusmodi alia parùm profecerint, non inutile erit applicare sequens *Resolutivum*.

Rx. sal. armoniac. 3. ij. Galban. 3. 8. ; dissolu. in f. q. vini generos. & evapor. ad Cerati consistent.

Malè tamen ipsum *Resolutivum* nuncupauit,

cum potius vocandum fuisset *Incisivum*, ut ex analysi remediorum in id Ingredientium satis constare potest. *Incisivum* pariter dici meretur *Emplastrum Viginis de ranis* præsertim quadruplicato *mercurio* cuius in hoc casu virtutem nemo satis commendare nouit. Cae tamen intèr adhibendum hæc *incidentia* linquas *Euacuantia*, quæ imprimis fuerint *Antiuenera*: secùs resoluto Bubone virus in sanguinem refunderetur: ac proptereá, ni casus ferat, atque eiusdem Bubonis mollities id fortasse moneat, abstinentium ab eiusmodi Praxi, & si demùm Medicus solers non fuerit ac sagaci ingenio prædictus. Iterùm itaque ad *Suppurantia* recurrente, si suprà indicata pharmaca absque compendio impensa fuerint, applicabitur quotidiè eidem tumori magna aliqua vitrea cucurbitula, quæ inibi spatio ad minimum quadrantis horæ relinquetur: ac remotâ ipsâ, imponetur statim magis acuminate parti plummaceolus parvus, magnitudine nummum aureum exæquans, Basilicone obductus, cui anatina pars fermenti triticei cum spiritu Vitrioli parati adiuncta fuerit: Vel inungetur eadem stuppa Emplastro *Paracelsi*, Diaculon. magn. cum Gumm., aut huiusmodi alio. Mitto Cataplasma Tumores hosce

hosce rumpere apta , de quibus consulendus
præcipue *De Blegny*; item alia *Resoluentia*, im-
primis verò folia Aloëtica sub cineribus cocta,
quorū, admirandam vim prædicat *Monconys*.
Dùm nihilominus hæ machinæ extrinsecus
admouentur , applicandæ alię intrinsecus ,
quæ sopitos excitent humores: administran-
da , inquam , *Mercurialia* , & primùm sub hac
formulâ .

Rx. *sen. mund. 3. ij. ; inf. in s. q. aq. font. In colat.*
3. vi. dissol. cass. recent. extrac. 3. j. i alap. pulu.
gra. viij. ; m. C. deglutit. prius bol. ex mercur.
dulc. d. r. conseru. ros. inducto (vt ne is in po-
tione exhibitus dentibus hoereat : ex
quo non pauca sequerentur inconueni-
entia] Cap. m.

Deindè alia porrigenda, quæ svus cuique mos,
aut prudentia dictabit. Neque enim hic pro-
cessus varios in his casubus describere licet.
Iis usurpatis consueuit Bubo satis de con-
tumacia sua remisisse , vt aperiri demum ali-
quando possit . et si res ita se habeat , hoc est
mollificatus sit Tumor; quicquid aliundè mi-
nimè rubescat, lanceola feriendus. Scinda-
tur ergò ad eum modum , quem suprà often-
dimus in Tumore benigno hâc tamen præm-
issâ differentia , quòd benignus vtcùnque Bu-
bo

Obseruat.

bo quamuis svâpte sponte, citò & alacritè ad abscessum properauerit, ni tamen benè matruerit secundùm omnia suppurationis signa, nunquàm incidi debet: econtrà rebellis, seù malignus. Præstat quippè in hoc virus educere, quàm vltiorem labem exspectare: in illo, ne crudum nimis, idest fixum extrahatur, satius est manum continere. Siuè tamen hunc, siuè alterum præcidas, caue lanceolam profundè vrgeas in glandulas. Siquidèm diffissè istæ non parum negocij offerrent curaturo. Meliùs itaque res agetur, si instrumento vtaris adunco, siuè cultello, quem Galli *Bistory* vocant. Postulabis quid factò opus, quùm Bubo nullâ industria emolliri poterit? Resp. confugiendum esse ad *Caustica*, imprimis verò ad Stygium lapidem, vt potè qui minimè acidus sic, vt cœtera, escharæ ambitum exacerbare, aut figere non solet. Quo igitùr is magis dolori parcat, in pollinem tenuissimum redactus *Digerenti* alicui Cerato, V. g. Diaculoni inspergetur, latoque ordine extendetur suprà Tumorem. Vndè fiet, vt ampliter adusto istius culmine, ablatâque escharâ ope aliis *Digestiui*, Abscessus postea pateat, adhuc magis, si res tulerit, dilatandus.

IIJ.
Aperti.

Jám verò implebitur subindé hic abscessus,
siuè

siuè vlcus Butyro , vel Basilicone , quo mediante in longum tempus expurgari sinetur . Ac macie porrò sufficientē exhaustā locum habere poterunt i. quæcunque Labiorum viceris inflammationem , duritiem , liuoremque , si fortè acciderint , expiare valent , puta *Mercurialia* internē : externē verò cùm alia suprà , *Artic.* i. , proposita , tum imprimis fomentum pro Gangræna . Deindè ad Ulceris mundificationem facient Vnguenta Apostolorum , de Apio , & similia : ad Cicatrizationem autēm imprimis mel rosatū hordeaceæ infusum , tūm absynthiaca , atque in fine calcaria aqua , prout nimirūm in alijs viceribus fieri consueuit . De quo videantur Practici .

Quodsi tandem Gangræna oborta fuerit , remedia quælibet externa parūm proficient . interna potiūs & quæ Luem ipsam *Venereum* profligare solent , erunt inuocanda . Nèc tam in Gangrænâ , quàm in alijs Bubonum constitutionibus *Antivenerea* congruūt . Siuè nàmque perdifficilem eorundem suppurationem consideres ; siuè Herpetibus , Inflammationibus , lethalibusque plagis metuendam retrocessionem : siuè demùm , quæ horrendissima sunt , Sphacelum , & vel à ritè pertractato

I.J.
Sphacel-
ati.

vlce-

vlcere se se in'corpus insinuantem Luem, satius existimabis Ægros aduersus tot mala præmu-nire, quām ab ijs præuentus de ipsorum posteá salute certare . Sed sciscitaberis, ex quo háud valdè perperām curatus Bubo, nihilominus malitiæ suspectus esse debeat ? Resp. quià dif-ficile est, quin virulenta aliqua particula in-venas cum tempore gliscat , & quæ post per idem vlcus non poterit euacuari. Aliàs autèm prauæ eiusmodi curationis causa vnica, post Patientem, esse consueuit Medentis inficitia: ille, inquam, si cachecticus sit, si Bubonem serius ostendat; hic, si missis debitibus animad-uersionibus, temerè, nulloque iudicio rem-
inficitetur . Liquet hoc satis hinc è præposte-ré Verecundorum quotidiano errore, qui vi-delicèt, dùm clàm sibi consulere satagunt, ap-ertè sunt improuidi: indè verò ex inauspica-tissimis illis Barbitonorum medicationibus tot monstrorum matribus, quot olim ne Ler-na quidém . Vapulet nihilominus sub quem quisquis maluerit Carnifice. Medico certè nil plùs displicet, quām quòd passim tales spe-ctare debet lanienas, & qvùm præsertim sunt irreparabiles, vt Enteroceles pro Bubonibus habite & excise, Abscessus malé detersi, Vl-cera disepulotica facta &c.. Dices denique,
accid-

accidisse interdùm, vt cōsulto licet Medico di-
utinus puris effluxus supprimi non potuerit.
Resp. non illū fuisse Medicum: secūs phleboto-
mijs atque iteratis Purgationibus, talem tur-
gescentiam castrare calluisse.

A R T I C V L V S II.

Subsidiarius

De Morbis Femorum.

Oblitus fueram *Super. Cap.* loqui de Ver-
rucis alijsque morbis, qui *Femoribus* con-
tingūt cùm Mulierum, tūm Virorum. Núnc
igitur postquam occasio redijt Infirmitates vt-
riue Sexui communes enarrandi, non intem-
pestivum, fuerit quantum de ijs supereft depr-
omamus. *Femora* ex Bubone *Inguinis* turge-
scere ac inflammati non ita pridēm dictum
est; excoriari verò eadem, ac diuersimodē lac-
essiri debere ex incursione sordidi liquaminis
obuiam habebit quiuis aduerterit veluti Re-
ceptacula esse illa eiusdem colliquamenti tām
ex *Inguine*, quam ex *Pudendo* desluentis, aut
transudantis. Ob quam causam inuestigandū
duntaxat, quomodo virulenta salia ad prædi-

J.
Rhagad-
es & Ver-
ruci;

starum partium superficiem deuoluta , aut affricta , excoriationes illas aliosque morbos gignere apta sint . Quod vt elucescat , non pigebit aduertere , vti putres illæ moleculæ eo loci progressæ frigidæ , tepidæ : hoc est fixæ ac parùm actiue esse debent . Hoc posito , nonnè liquet ipsarum actionem vltrà Muccosum corpus extendi non posse ? Muccosum auténi corpus [quoniām scilicet de hoc nullam apud Authores Anatomicos , exceptis *Monspellieensibus* , mentionem factam fuisse inuenio] voco Ego quandam glaredinis speciem mediè intér Cuticulam & Cutim existentem , vt papillas nerveas Tactūs sensationi dicatas in mollitie debitâ contineat , ab aereo nitro defendat &c. cuique porrò Cutis colores , imprimis veró nigredinem Æthiopum primus tribuit *Polfenus* . Illapsa ergò in hunc Muccum venenosa familia constat vel istius flocos constrictura , vel cum exhalante ibidem è miliaribus glandulis transpirationis materiâ bellum initura esse . Si primum ; planum est serosas particulas intér binos quoslibet eiusdem mucci flocos existentes exprimendas esse . Quamobrèm irrigatâ Cute nonnè huius fibræ ità producentur , vt posteà se insimul contorquendo in Verrucas tandem faceant ? Si alterum : certè , vti ex fer-

fermentatione dirimentur Willi Cutem Epidermidi colligantes, ità disruptis vasculorum extremis capillaribus Rhagades patrabuntur, siue Excoriations.

Ex his igitur deprehendet quilibet, qualis sit *Venerei* miasmatis actio in *Coxis*. Sed obseruo tales porrigenes ac cæsuras non nisi fœminis accidisse, Maribus vtut Gonorrhœa plorantibus, aut alio quo quis *Pudendi* morbo affectis sempèr exclusis [fortè hoc indè esse poterat, quod in illis virus hanc atque illam perfluit, vt Lemmate utar *Rollenhagij*, quod post expōnit hoc carmine.

II.
Mulieri-
bus fam-
iliares

(omni
*Pertusum Meretrix vas est, quod perfluit
Parte, nec arcanum, nec Venerem retinet]*

Eâ de causâ paritè euenisse arbitror, cùr mulieres inspexerim Verrucis ad *Interfæmineum* frequentius stipatas, quam Viros; etsi è contrâ hi Fistulis in ipsâ-met parte crebrius donabantur, vt nouimus. Nec memini profectò Fœminam vidisse vñquam cauernosis huiusmodi ulceribus fordeſcentem; quod me impulit, vt crediderim aliquandò, mulieres à Gonorrhœâ porris in *Perinæo* continuò scaſtere, raro Fistulis: mares ex aduerso his quidem crebrò, raro Uerrucis. Quoties autem

III.
vt & aliæ
ad *Inter-
fæmine-
um*:

vsuuenit has ibidèm contigisse, obseruauit, non aliter, quàm vt prefatæ Fistulæ, germinasse ex sudamine *Prostatarum*, aut *Vesicularum seminalium*, & cum hâc solâ differentiâ, quòd fixa fortè fuerint, quæ effluvia Fistulas suffodiebant: volatilia, quæ Porros; et quæ nihilominùs cùm iám valdè tepuissent vt in adiposam *Perinæi* membranam conuolarunt, molem iccircò adepta pinguedinis filamenta constrinxerint, serum expresserint, quo cutaneis fibris emollitis Verrucæ denique concinnabantur.

rv.
Earum
Cura.

Sed quicquid de his sit; vbi cunque, & quan-

docunque succrescat progenies hæc, sempèr tamen veluti vestigia sunt Luis purulentæ, genimina itidem, & quandòque semen. Quare vt deleatur, præstat illam è medio tollere Nàm quod Topica; blandimenta sunt hæc, & compendia Tonorum; si verò *Antiueneræ* ritè adhibueris, nosces externis medicaminibus haud opus esse, remque te perfectè absoluturum solis Unguentis vel de Lithargo, vel de Tuthia, vel adsummum denique Præcipitato Mercuriali.

AR-

A R T I C V L V S I I J.

De Ani Condylomatis.

§ I

Mariscas *Peringi*, sequntur aliæ *Podicis*:
quarum disparest licet cause sint, de-
ijs tamen hic agendum duximus, quæ præ-
posteram *Venerem* (heù Propudia! Stomachata-
tur enim ad tam foedam recordationem Ani-
mus) inuolvunt; vt, si violenta duntaxat sit,
vel etiam polluta: quod tamen ante quam ex-
plicem, euomenda hic mea est naufa in Pæ-
dicones istos ac parum, viros. Deus bone! ad-
eò ne perpetuum erit illud: Nullum sit pra-
tum, quod non pertranseat luxuria nostra,
nulla via, quam non corrumpamus? Annè satis
prostare palam, ubique & diu Seruitia infi-
da, Scorta petulca, vltro obuia, postulantia,
absquequod *Venus* in ipsa etiam non *Venere* que-
ratur? Amentiam, si alibi, in hoc certe me-
ritó Prisci *Venerea* appellitarunt. Nam quo us-
quisque (inclamat *Scaliger*) non abijceret potius
viuendi animum, quam ut se se indueret in illos
recessus cloacarum, nisi falsa fortesque species men-
tem ipsam obruerent? Ità nihilominus compa-
ratum est in natura Rationalium, vt (quod
in Beluis nusquam videoas) Sedes ipsa sterco-

J.
Inuesti-
in Pædi-
cones

ris , inuerecundiæ , abominationis omnis , nedum oculos , quos auertere deberet , alliciat ; sed prætereà ipsam præcipuam Intellectus humani partem , Uoluntatem ; vtque in Deam ferè sese statuat , in Supplicationum aram , in gaudium & delicias perditorum . Vah scelus ! vah amentia ! Sed .

*Vale nefandum Idolum Belzebub ,
Tibi hęc parantur , ut tuum terque quaterq;
Vrat incensus torris putidum crinem .*

(vt nempè Uersus imiter Virgilianos)

Quod igitùr causas ; notum est Anum finem esse Recti Intestini tribus Musculis instructū , qui ipsum claudunt (ne contenta Nobis in uitis excernantur ; vndē & eiusdem Sphincter nominatur] Superiùs crassus multùmque car nosus ; tenuior inferiùs & cuti firmitèr conne xus spectatur : quâ parte iccirco fibræ etià magis constringuntur . Proptèr quod , cùm ibidèm minùs extendi soleant eæ fibræ , cùm que introducto crassiori aliquo corpore præ ter naturam elongari , seu violentiam pati debeant , sequitur , vt cessante posteà istà El asticitatem , siue Tonum svum pristinum recuperare ampliùs nequeant ; ver mangulos magis acutos , quām , anteà describant , siue in plicas duplicentur longiores . Nec satis . Quip-

pé

II.
Condy-
lomatum
genera-
tio sim-
plex

pè succo præsertim nutritio illùc proptèr ipsam eādem solito vehementiorem extēsionem liberaliùs accito , siquidèm hic præfatos angulos difficillimè superabit , ad ipsorum cuspides proptereà remoratus, arcuatas illas fibras posteà irrigabit , producit , alefcet sic , vt hæ in papillas denique crescant Cristarum nomine ; quicquid reuerà Mariscæ sint è genere Verrucarum.

Sed si aliud adiūgatur , quod infami plaudat Hymenæo , Gonorrhœa nempè , aut fax alia quælibet *Veneræ* , condensato protinùs à ponticis particulis in hemorrhoidalibus vasis sanguine vti nutritius succus hinc serofus posteà euadet , ità magis emollitis , nutritisque illis , idest Orbicularibus (& quæ anteà fuerant crispatæ) *Ani* fibris , dictæ Cristæ instantum al-longabuntur , vt fimbrias , seu longitudinalium fibrarum Appendices veluti simulent .

Interrogarunt aliquando Me Viri Curiosi ecquid mihi videretur , accepisse se ab alijs , vti fœminæ quamuis præposterè stuprate , stigmatibus tamen eiusmodi non essent obnoxie? Respondi nouisse me aliquot puellas talem *Venerem* passas , & quæ tamen nonnisi Sedis inflammatione tenebantur [quemadmodum etiám inflamatam videram vulvam infantis

IIJ.
Compli-
cata

IV.
Viri præ
Fœminis
sunt huic
morbo
subiecti.

obseruat.

tis sexennis ab impijissimo viro compressæ adspexisse item me quibus aliquæ Cristæ superuenerant sed duæ tantum aut tres numero atque ita contractæ vt non nisi exquisito tactu internosci possent. Rationem deinde addidi; pellem nimirum fœminæ mollem esse, douillette [vt verbis utar *D. De la Chambre*] & deliè, adeòque aptam cedere, neque ita recusare extendi, ac pellem Viri, præsertim in *Puddendis* partibus, vbi pinguedo est maxima circà *Vulnæ Ano* proximam, & quæ ideò rebus in hunc impetum facientibus locum illicò præstat: quæ causa est proinde, vt fibræ *Ani* à Pederestriâ illâ parum violentiæ perferant, solumque iccircò Tonum continuò conseruent corpori ut potè cuilibet introducibili accommodabiles. &c.

§. 2.

II.
Condy-
lomatum
numerus
mollities
& rigi-
ditas.

Coeterò complures eademque indefinitæ sunt illæ productiones, iuxta numerum videlicet plicarum, seu angulorum, quos *Ani* fibræ compingunt; quæque adeò, vt increuerunt, tam confertæ apparent, vt Cristas iam indicatas mentiantur. Quoad verò adhuc pusillæ sunt, molles itidem persentiuntur. Et tenim nutritius succus, ut ut ęgré, influit tamen

men, atque etiamnùm penetrat ad lacerissitatum fibrarum extremitates: non sic, si iam plurimùm adoleuerint. Obstabit quippè insuper ipsius cursui circumfusus æther, & qui adeò siccato istarum fastigio rigidas reddet, quæ mariscæ indè resultabunt.

Nescio hic ego tamén, qualis ille sit pruritus, qui *Ficus* huiusmodi comitatur. Uidi nàm que complures hoc morbo vexatos in libidinem sic exarsisse, ut hic, atque illuc quærerent, à quibus incæstarentur. Et profectò, nisi id fortè accidat ex eo, quòd nutritius totiès membranatus succus ex acrimoniâ, quam ob moram in ijs Sedibus contraxerit, *Ani* fibras postmodum vellicatum eat, adhuc ambigam vndè ille ardor oriri poscit. Ast hic præterproptèr causa patet, cùr huiusmodi Catamiti se prostituere gestiant. Quid verò arbitrabimur de ijs, qui absque dicto incitamento Amasios quærunt? Noui ego Villicum vt facie, sic vitio abominabilem, cùm diú vitam stupri patientiâ tolerasset annos deindè senectutis ingressus [erat enim ferè sexagenarius] Procos amplius non inueniret, conitruxisse sibi *Priapum* ligneum non mediocris cùm longitudinis tūm crassitiei: quocum confueuerat mediante scamno aliquo, aut lapide, suprà quem

II.
*Pruritus,**Observas.*

tale instrumentum adaptabat, hymenæum ducere; donèc aliquando adacto penitus in *Podicem* tali pessario, cum ipsum indè educere non valeret, ad Archiospitale nostrum se transferre coactus est: vbi tentatâ inutiliter extraktione, ad extremum *D. Cechinus* forcipes ex cogitauit; quibus exempto ligno nigrâ sanie lurido ac foetido Gangræna nihilominus itâ inualuit, vt intrâ pauca Cinædus execrabilis supremum diem clauserit. Accesserat pariter (quid enim vleriora punitæ impudicitiæ exempla, dùm huic maledicimus, non offeramus) eodem tempore atque ad idem Xenodochium alter Rusticus, sed iuuenis atque habitofus, qui Græcalem vitam agere solitus cùm aliquandó céu Lydus, vt aiunt, meridiatur, introduxerat in annulum ferreum satis crassum suum *Verethrum*: cùmque in ipsum, etiàm *Scrotum* vna cum *Testibus* posteà induisset, accidit, vt inflatis contrectatione partibus eas subindè reducere amplius nequivuerit. Quamobrèm priusquam is annulus recidi potuerit Gangrenâ obortâ, miser ille fatis cedere debuit. Sed hæc pro datâ occasione, siue, incidenter, vt diximus.

Interim tales excrescentiæ, dùm vîgent ac durescunt, citrâ apices earundem retento sanguine

guine & coaceruato, non tam prolixius vrge-
ri debent, quam aliquo etiam demum disrupto
vasculo rubescere, tumescere, seu inflam-
mari. Hinc igitur, quoniام subuersa partium
eundem cruentum componentium texturam &
heris incursus impediatur, adeoque & ferm-
entatio sequatur necessum est: propterea in pus
conuerso sanguine idem ad extremum sibi vias
aperire, idest suppurare debet. Et en profecto
Cristas illas anteā siccias, nūnc humentes, ru-
bicundas, saniosas!

Quid verò, si *Venerei* quidpiam adiunctum
fuerit? Videbis mariscas illas breui marces-
centes ruborem suum in liuorem conuertere
foetere, remedia respuere, verbo, in *Gangræ-*
nam induci: Ægrum deinde anteā petulcum
spectari tristi facie, pallidum, emaciatum,
donēc postremò comparentibus alijs *Luis Ve-*
nerei signis, atque integrà *Condylomatum*
mortificatione verificetur *Homericum* illud
Hos fatum & malefacta neci exitioque dederunt.

iv.
Mortifi-
catio &
Gangræ-
na

§. 3.

Controuersum nuper est ab aliquibus, puer,
qui Ficubus eiusmodi tenebatur, è stupro
ne ipsos an aliundè sibi consciuisset; Ra-
tio dubitandi erat, quod matre prognatus per-

Cc 2

hibeba-

I.
Signa Di-
agnosti-
ca sim-
plicium
Marisca-
rum

hibebatur scortorum cicatrice stigmosa. Quamobrem suspicari quiuis poterat, Infantem siue ex Vtero, siue contubernio, basiationibus nempè, concubitu præsertim suprà lintera polluta &c. *Venerea* miasmata exhausisse sic, ut quemadmodùm Lue Gallicâ infectis, sic eidem hæc *Podicem* Cristis distrinxissent. Ad hæc: decisum à me fuit, Condylomata, de quibus contendebatur, si vicerata fuissent, nonnisi *Priapum* habuisse authorem: sin ita, à Lue *Venerea* etiam procedere potuisse; et, si alia signa comitarentur, quæ mòx dicemus.

I.F.
U: &
maligna-
rum,

Nàm in Lue *Venerea* Condylomata illa parua sunt & pauca: itèm pallida [cuiusmodi nempe tûm Cutis vniuersæ color est] nec mutantur, aut rigescunt &c; Ægèr tandem pustulis in facie, alopecia, alijsque affectionibus vexatur, quas afferemus *Artic. sequent.* Si vero *Venerem* incubam non habuerint, crescunt, ampliantur, inflammantur, vlcerantur, vt diximus; ast Patiens nec de virido cutis colore quidquam amittit, neque accidentibus à Syphillide prouenientibus deprehenditur, neque demùm ullo alio symptomate, præter febriculam, quæ vlcus ferè quodlibet sequi solet. Denique dignoscuntur Condylomata à Postergatoribus inducta, qui *Mentula-*

gra.

gra laborarint, si eadem liuescant, foeteant, sphacelentur, planè, vti retulimus ad calcem *Paragraphi Superioris*. Addam hīc igitūr tantum, venīsse mihi aliquandò in mentem, vti *Podex* etiàm *Virilis*, quemadmodūm *Wlua muliebris*, ex affrictibus libidinosis *Venereum* focum accendere posset; sed dissuaferunt aliæ causæ à Nobis in *Theoreticis* allatæ, & quas porrò inuenire non est in *Podice virili*, vt consideranti patescit.

Hoc non obstante, Exolætorum, qui cristo-
si sunt, maiorem partem *Lue Venerea* affectam
vidi; fortè quòd pluribus se prostituunt, intér
quos aliquis sempèr est *Pudendag*. saucius ma-
ximè ijs in locis, vbi & viorū ergà pueros,
& fœminarum ergà Viros impudens Amor
æquè regnat: sin hoc, rursùs dicendum, ex
Postergatione Luem illam procreari. Quod
tamen ne credam moneor ex eo, quòd obser-
uaui alios itèm ficosos Adolescentes, sed mul-
tâ cum zelotypiâ custoditos, vtpoté à Proce-
ribus in delicijs habitos, sique vnicè adama-
tos Siphylide illa nunquam laborasse. In re-
liquum Mariscæ in his facile curantur vulga-
ribus etiàm præsidijs, vti ostendetur, obse-
cuturæ.

Non sic, quibus *Venus* à tergo est, videlicet

II.
Prognos-
tica Pri-
orum;

IV.
nec non
Posterio-
rum.

Venereus fomes: atque hæ quidem , si initio ob pudorem celentur (inquit *Musitanus*) vt plerumque fieri solet , *Multiplicatur Gallica messis*, & nisi appropriatis aueruncentur remedij*s in cancrofam migrant naturam*; Regerminant etiam quamuis conuenienti methodo curatæ; & (modò hæc methodus non sit quæ *Luem Veneream* [pessundat]) varias formas inducunt , Morarum , Thymorum , Ficuum , Verrucarum , quæ nunc exiles habent pedunculos , nunc latissimis potiuntur radicibus &c.

§ 4.

J.
Cura ex
ferro &
igne

JNsupér hoc quóque cum Porris commune habent *Ani Condylomata* , quòd decisa crescunt feraciora . Et sanè ingenuè affirmare possumi , quotquot mediante ferro curatos nueram , vidisse expost , intrà pauca , Nosocomiū repetijsse . Quæ autem cura ex ferro : vinciebantur misellis illis vnà manus pedesque ita ut corpus in glomum veluti componeretur , exceptisque mòx quâdam quasi forcipe condylomatis tandiù premebantur hæc , quoàd extenta suprà illam maximè prominenterent . Tunc verò arrepto lato gladio prominentiæ eiusmodi amputabantur iuxta bina forcipis latera , quæ rotunda erant , atque ex altera parte

parte funiculo simûl ligabantur : denique eiecto forcipe atque amputatione facta candens lamina primò applicabatur , tum glomus ferreus crassus pariter & ignitus , qui in *Podicem* usque intrudebatur tanta immanitate , vt nemo Adstantium non horresceret , solo param culpæ pænam inclamante Tortore: veluti iuxta illud

Cœduntur tumidae Medico ridente marisca ;
atque vltimò *adstringentes* pulueres plagæ inspargebantur . Hanc profectò curam , *Lector* , Auernalem dices , nec improbandam tamèn , si esset Eradicatiua ; sed cùm ex eâ nihilominus Cristę repullulare soleant , ad *Cynosarchas* hoc remedium ;

Humanius igitur agunt alij , quiuis vel Aquâ forti , vel Vnguento Ægyptiaco , vel Precepitato , Alumine , Sabinâ , Vitriolo , Vride Æris , *Mercurio dulcisimilibusque* pharmacis eiusmodi Excrescentias extirpare , siue potius cicurare conantur . Præstat enim incrementa morbi saltem impedire , quam re infecta Ægrotos recisos , ambustos , semi-animes linquere , & cum periculo grauiorum ærumnarum .

Nos ante inchoandum huiusmodi curationem sedulò inuestigamus an *Venerei* quidpiam lateat

IJ.
& cum
Locali-
bus

II.J.
ad Chri-
stas sim-
plices;

lateat in prædictis Moris; siue de negatione certi euasimus, Topica solūmodò consulimus reseruatis Internis vt *Purgatio*, *Vena*-*sec.* &c. quotiēs aliqua alia indicatio efflagitabit, vt Febrilis habitudo &c. Topica autem, siue Localia illa esse poterunt huiusmodi.

Rx. aq. plantag. ^{lb.} *mercur. præcipit.* ^{lb.} *iiij. alumin.*
lb. *dissolvantur in uicem*, *& cum pennā huic liquori intincta tangantur.*

Hinc enim emarcitæ Cristæ pedetentim decidunt; et sic Verrucis alijs etiām conferre creditur. Peculiariūs tamen ad illas.

Rx. aq. calc. uiue, *& misceatur cum mercur.*
præcipit.

Hac aquâ fluida, vel linteaminibus huic aquæ intinctis solent eadem Cristæ exsiccari & curari; et si apertæ sint, armoniacalia maximè conferunt, siue spirituosa ea sint; siue salinofixa, vt patet.

Verūm adiuncto virulento miasmate superflua censenda quæcunque Topica: *Mercurialis* intrinsecūs, & quæcunque Luem *Venereum* dissipare valent, palmam præseferunt. Tu itaque in hoc casu ad eadem configito, secūs inanem operam insumpturus.

IV.
er Viru-
lentas.

AR-

ARTICVLVS IV.

De Lue Venerea

§. I.

Argutè profectò, ac more suo lepidè *Aristophanes:*

I.
Causa
Morbi
remota.

Tamen postquam ēS vinum dignum putabas

Bibere, compotandum est tibi & fæcem:

videlicet, quandoquidem palato Vestro [improbæ *Veneris* Cultores nequissimi!] arriserunt Excoriationes, Tumores, Inflammationes, Abscessus, Ulcera diuersi generis, Porri, Mariscæ, ac similia pocula hucusque indicata[videtur quippè hic mihi rem aliquo, tanquam Epilogo, inchoari debere) quandoquidem, in. quam, hinc Fæminæ Pube, Clytoride, Labijs, Alis, Lacunis, totâque Vaginae substantiâ; indè autem Viri Preputio, Glande, Prostatis, verbo vniuerso Pene, atquè insupè Vesciculis seminalibus, Testibus & Scroto: demùm utrique Inguinibus, Interfæmineis, Coxis, Ano &c. eadem pleno velut ore haurire voluistis; quidni sorbeatis paritèr [prout in adagijs est] improbitatis fœcem? Sed (respondetis cum Iuuene eiusdem Aristophanis) est valdè fex antiqua ēS marcida

D d

Con-

*Igitur [concludam cum Chremylo] Trygæpus
hęc omnia medebitur. Sed medicaturus Ascle-
pius nouerit imprimis talem fecem esse Com-
plexum plurium morborum ex actione virus Vene-
rei in Corpus introducti resultantium: et qui adeo,
Lues, à grassatione vocatur; introduci deinde
idem virus in corpus triplici modo: primō per
vsum *Veneris* ordinariū, et siue Excoriationes,
Tumores, Ulcera &c. Pudendis impresserit,
siue non [quando nempē clām, veluti per in-
fidias, sanguinistyrannide potitur) Secundō ex
contactu; quūm ab alijs membris non Genita-
libus eidem sanguini participatur. Tertiō deni-
que à natuitate, seu in generatione. Quo fit, vt
& nos triplicem faciamus illam Luem: et pri-
mam quidem *Legitimam* appellemus, vtpotē
prerogatiis omnibus stipatam, quæ morbo
Veneris Primogenito competunt; alteram *Spu-
riam* (ad prioris differentiam) ultimam *Hæ-
reditariam*, quæ per traducem suscipitur.*

Iamque toto ferè decursu præsentis Tracta-
tūs locuti fuimus quo pacto venenum illud in
Vagina, Mentula atque *Venereis* modò recen-
sitis loculis castrametatum [ettenim Gonor-
rhoeæ, Ulcera, Bubones &c. ex *Fallopio*, prin-
cipia sunt & veluti milites leuis armatura victo-
rem gallicum precedentes] nisi cominùs per *Eua-*
cuantia

I.J.
Eius di-
visio in
Legitim-
am.

cuantia, eminūs per *Impellentia* profligetur, lympham ibidem peruerat atque in suos mores fingat; auctisque proptereā copijs demūm sanguineam cras in expugnet: pauca interim præfati de altero modo, quo videlicet idem virus per *Verenda* quidem, sed nullā in ijs strage factā, clanculūm, absque strepitu, quicquid etiā aliquandō cùm impetu, imperium sanguinis suffuratur. Cui sanē defectui suppleturi adnotabimus impræsens fieri hoc inquantūm, quod in tali occasione vel volatile est ipsum virus, & sic citō labitur in venas; vel valdē analogum humoribus, quibus communicatur (quam analogiam idæis tribuit *Marco-Marcii*, nos uniformi particularum ordini ac dispositioni) vel denique, quiā humores suscipientes in magnâ despumescientia sunt, atque ita excalefacti, vt virus attenuare potuerint, idque in suâ volatilitate conseruare, quoād penetrauerit in venas.

Quod *Spuriam* (quæ per contactum fit) nota
1. quod vtrumque tangens calidum esse debet secus non fortiretur effectus. quandoquidem Agens, hoc est venenum, aliam speciem induret penetrationi contrariam, scilicet fixitatem, & sic ad oscula pororum cutaneorum concideret, imò antè ipsam Cuticulam. Quæ causa

est etiām , cūr mitissima esse solet quæ Lues per contactum acquiritur . Ettenim virus vt cùnque ab vno corpore in aliud migret calidissimum, priuatur tamèn sempè angulis in transmigratione sua, atque imminuitur affusione corporum etherogeneorum , quæ diuersimodè ac passim obuiam occurruunt; & prætereà quiá vehiculum statim non inuenit sibi appropiatum , idest lympham , Matricem nempè Virus Venerei totiès decantatata m . Ea causa est etiām, quòd minimè contagiosam arbitror di-ctam Luem ; et sic Fallopius , Primis , inquit , temporibus credebant ex usu vitrorum , aut poculorum posse nasci affectionem istam , Ego locutus sum cum sene , qui habebat domi duos Laborantes habentes partes posteriores ulceratas ; et asserebat se infectum ob usum eiusdem latrinae : hodie non est timendum de hoc ; Ego quamvis (subiungit alibi) quidam summa authoritatis voluerint defendere castas Matronas dicentes aqua benedicta infectas ; infectio illa habuit originem per unū Asperges , scio Ego Etc . Et de facto quotiès vidi Tyrones Chirurgos in Archiospithali sibi inuicem propinantes Infectorum poculis , quæ etiām cuiuis Infirmorum indiscriminatim destinabantur . Nàm cum effluvia illa frigida iam sint quandò alienum corpus contin- gunt .

gunt, videlicet luduntur sua vel adminimū de-
ferociā suā multum iam remiserunt: vndē
appositiē *Scaliger*: *Frigus per se ad naturā opera*
ineptum. Misso hoc contagio. Lues certè per
contactum irrepit, sed interueniente calore,
ut diximus. Sic noui Adolescentem, qui cum
Meretrice folidà congregati verritus, eius *Pu-*
dendum procaci manu tantùm attrectauerat,
nihilominus membro hoc insolentissimē tu-
muisse, Pustulis vbiique scatuuisse, inanem,
porrò delectationem constanti morbo expia-
turum, ni ad opem Medicam confugisset Nota
2. ad virus in contactu suscipiendum plurimū
etiam conferre, si pars, quam attingit, humi-
da sit, ex hypothesi nempè totiēs deprædicata,
quod eiusmodi menstruum lymphæ facilè nu-
bat: vndē est porrò, quod in Glandulosis ca-
uitatibus, Ore, Ex. gr., *Podice &c.*, vbi præter
calorem feruidiorem liquidum quid reperi-
tur, *Venerei* halitus temerè hærescunt; & quiā
sanguifera vascula ibidem magis obuia sunt,
sanguinem audentius aggrediuntur.

Observat.

Hereditariam tandem quod concernit Luem
perenne certè est *Homericum* illud:

Hens Heus, ut illi dicitant recte, probum
Patre ab improbo non posse nasci filium.

Nám si consideres in nostro casu Patris semen

Dd³ acido

IV.

Et Hære-
ditariam.

acido quodam fixo turgere, quod à virulento sanguine in *Testibus* depositum fuerit, aper-
tè nosces eòdem posteá in *Vas* muliebre iacu-
lato, vbi ipsius portio magis salina, magisque
volatilis, quæ *Aura* dicitur, ad Ovaria exha-
lauerit, huius salilla Ouulum, quo parua fœ-
tūs rudimenta continentur, facilè subitura;
dùmque operante alio menstruo spiritoso idē
ad *Fallopianas* Tubas indéque in Vterum de-
uoluetur, ipsa insimul agglomeranda esse, do-
nèc crescente fœtu in eo sistant se se, viresq;
suas post ortum aliquandò tandem effutiant.
Idem dic propemodùm respectu Matris. Nàm-
que ab hâc si fœtus alys impressionibus percel-
litur, quę minus apparentem habent originē,
dubium esse non debet, quin *Venereis* vel ma-
ximè notetur siuē in vtero, quum loco congrui
nutrimenti venenosum quid ad illud adigitur,
siuē extrà Vterum loco lactis, vt patet. Qua-
ré scitè *Fernelius*: *Maxima ortus nostri vis, &*
non parūm fælices benè nati.

§. 2.

J.
Causa
proxima.

IAm verò illapso in venas viru venit inqui-
rendum quid ibidém præstare hoc valeat?
Quod vt elucescat, suppono 1. Sanguinem qua-
druplici substantia constare; Gobulosā, Lym-
paticā

paticâ, serosâ & salinâ; et primam quidem rubicundam esse, alteram muccilaginosam, tertiam aqueam, ultimam sapidam, hoc est dulcem, austera, vel amaram &c. prout scilicet temporum & victus diuersa ratio id poscit. Hanc prætereà Principiorū quadrigam, quo ad singula in esse suo consistunt, neque ex ijs aliquod serie, figurâ, numero à naturali suâ constitutione descivit, ritè procurrere, æquè omnia fluere sorte, paritate, constantiâ vbiique eadem: intermiseri nempé Lymphaticis filamentis cùm serofos, tûm rubellos globulos, hos passim transfigi à salibus, quæ rursum illis dant accipiuntque mutua. Uerum vt harmonia huiusmodi dissona euasit, rem longè aliter se habere. Tunc enim Sal hic recollectum debita non occupat interualla; illuc serum cum sero labitur; hinc iterum Lympha omnis supernatare, illuc rubentes globuli cruoris faciem appetere videntur tanta discordia, ut omnia subuersum iri credas; ac tûm porrò diuersi etiam diuersimodè fiunt morbi, uno scilicet principio statas leges non seruante, aut duobus, tribus, aut penè onibûs. Sed quicquid sit de hoc absurdio; uno certè dempto Sale, quod vbiique diffusum perhibetur, reliqua Cruoris constitutiuarò ab inuicem secedunt, nisi Lympha, quæ ipsorum

veluti vinculum est, aut reticula, soluta fuerit
aut complicata [id nimirùm, quod compu-
lit *Henricum Scretam* aliosque melioris notæ
Præticos, vt existimarent periculosiores Æg-
ritudines ab ipsius, nempè Lymphæ, discrasia
pendere, quemadmodum & Mors ab omnimo-
dâ cunctorum eivsmodi Elementorum separa-
tione & corruptione) Hoc posito, meminer-
imus iam, vti *Venereum* virus scboles est Lym-
phæ sanguineæ, eique adeò naturaliter inhœ-
rhescit, ex Sympathia videlicet, seu magne-
tismo, aut confimili partium configuratione.
Meminerimus insupèr, quòd idem virus ac-
cido-fixum est, acre, & corrosuum: habens
nimirùm partes tribus, aut quatuor angulis
instructas (comme des petits pions) & quarum
cuspides obuia quæq; corpora iccircò rodunt;
si resstant: cùm aliàs in rebus fluidis dictos
angulos base tenùs adigat in illas, easdemque
protinus constringat. Collige itaque inducta
in sanguinem virulenta hæc salia, quoniàm
sulphurea, quæ secum traxerint, inuolucra
muccosos Lymphæ flocos peculiariter ample-
cti debent, infixis ob id altè admodum in hos
suis cuspidibus eandem condensatum ire pau-
cis exceptis filamentis, quę Parietibus, poris
sinubus, flexuris, anfractibus Canalicularum

Mus-

Musculorum, Tendinum, Ligamentorū, aliarumue partium Organicarum inhærendo forte restitent, & sic dissolui pergent. Collige, inquam, quòd condensatā illā, idest lymphā, tūm rubelli, tūm serosi globuli ipsius flocis anteā intermixti mōx exprimendi sunt, vt & salia omnia : quæ proindē, quoniām veluti manumissa ac sui iuris facta venenosis moleculis passim obuiabunt, fermentatione iccircò facta illorum fixitatem, acrimoniām atque indolem denique nanciscentur, *Gallicum* ærarium interim augendo, sed auro tamēn plusquām Tholosano.

Irrepunt iām protinus Affectus é Lymphę crāsitudine præfatā, ex Rubellis globulis sequestratis, atque ex Sero demūm virulentis particulis grauido tām varij tāmque inuoluti, vt eosdem enumeraturus hēsitem, vndē potissimum exordiar. Dabo nihilominūs operam, vt talem plexum enodem initio sumpto à magis apparentibus: intèr quos principatum obtinent Affectus Oris nescio quā de causā. An, quiā Os in propatulo existens ægritudines suas citius ostendit? an est, quiā alibi plūs viarum, plus etiām moræ superandæ habet virus, antequām se manifestet? an denique est, quòd decebat illam primariò infici, quæ

E e

pars

IJ.
Accidētia Morbi
Gallici
Legitimis

pars in Prothoparentibus nostris priùs pec-
cauit(mittamus Theologica) quæ, inquam,
pars vel maximè symbolizat cum Ore Vagina-
li [vndè nempè *Pudendagram* omnem exclu-
di demonstrauimus.] Sed quicquid de his sit

Saliua re-
dunda-
ta.

1. Saliua magis fluxilis obseruatur, siue aquo-
sa : idque intantum , quod inspissata Lym-
phâ nil muccosi, nil oleaginosi per exiguos Sa-
liuales tubulos permeare potest ad Oris ca-
uitatem .

Oris Ex-
coria-
tio-
nes

2. Et, qui à expressum Serum sale celtico on-
ustum est, Saliua porrò suprà membranam
Palatum inuestientem desluens acribus suis
particulis deglabrare, huius lanuginem velle-
re pergit excoriations pingēs obliquas, re-
ctas, longas, diuersiformes .

ptyalis.
mus

3. Nec tamen his contenta eiusmodi Saliua
ostiolorum etiam vndè irruit, Sphincteribus
abscissis, viam sibi sternit aliquando ad per-
petvum exitum .

Oris vt-
cera

4. Ast quandoquidém vnà cum constricto-
rijs fibris lacerantur soepè vascula sanguifera
Palatinas glandulas occingentia, hinc est pro-
fectō , cur inducta post aliqua phlogosi, ul-
cera efformantur pro sitū varietate abinui-
cem discrepantia .

Callosa

5. Nám ubi crassa est prædicta membrana,
vt in

vt in Palato & Guttura, vlcera callosa euadunt. Quippè ipsius fibris in taliloco naturalliter cohærentibus, si aliquæ dirimantur, turgent extremis capitulis: quæ res est, vt magis posteà conniuendo succi nutritij vias intercludere debeant; hic verò ità coaceruatus, ac tūm ab austoris vicini vlceris, tūmque ab acidis nitri aerei salibus condensatus nonnè dicta capitula conglutinabit, vnā, strictim fartim, ammussatim conferruminabit?

6. Hæc autem vlcera sunt, quæ Galeno Telephia vocantur, sicut profunda, maligna. Et sanè dūm saniem coercent fouentque, tam altè penetrant, vt Palati fornice excauato Fistulas aperiant, vocem etiam ad Nares transmittant.

7. Ut verò mollem Oris partem occupant, V. g Gingiuas, traseunte haud egrè in patentes poros virulento miasmate, latè proserpunt, omnīmodam istarum carnem absumento: cuius quidem verbi recordatione reducitur in memoriam, quod constantissimus in patiendo plusquam Hercules, Diuus Job (quæ *Lue Venerea* quoque fuisse tentatū opinantur permagni Docti Viri, etiam Theologi, intèr quos *Vatablus*, *Cyprianus Cisterciensis*, *Pineda* & alij plures) posteritati mandatum reliquit,

Fistulas
Palato

Gingiuas.
ruin er-
oso

scilicet : *Pelli mea consumptis carnibus adhæsis-
tos meum, & derelicta sunt tautumodo Labia
excadentes meos.*

whale

8. Laxior tamen , & Gingiuis adhuc spon-
giosior pars , Columella, sic abradi interdum
ab aduncis illis moleculis solet, ut penitus
erosa atque exscalpta voces quæ illius ope
articulabantur, iamiam confusè, id est inartí-
culate proferantur.

Epiglot-
tis

9. Sic etiam Epiglottis vnà cum adstanti-
bus hinc indè surculis , ciborum canalibus ,
è quorum proptereà erosione assumpta quæ-
libet tam esculenta , quam potulenta , ne in
Tracheam decidant à , Spiritu hinc exfur-
gente ad Nares impelluntur

Laryngis

10. Larynx verò, & ipsa eadem Trachea vt
vt dura sint , cum tamen tubicâ insternantur,
quæ Glandulis sebaceis referta virulentum se-
rum eructat, pedetentim scalpuntur & fatiscūt.
Quamobrèm vidi aliquos , quibus eæ partes
iam hiabant , intèribendum illicò fuisse suf-
focatos .

Nasi

11 Nasus interim , qui non tam ulcerosos
halitus excipere, quam ipsum virus per mem-
branam Pituitariam segregare cogitur , istius
carnificinâ longum exercitus totus aliquando
absunitur , & corruit planè .

12. Idem

12. Idem constat de Faucibus, id est OEsophagi principio, siue Pharinge, cuius excoriationibus ulceribusque non tam impeditur Deglutitio, quam ad cuiusvis, etiam liquidi, corporis contactum intensissimus excitat dolor.

13. Attende nunc paulisper ad huiusmodi Buccam mi Lector! nonne ipsam, Latrinam, nonne Sepulcrum dices potius, quam Suauium, aut Delicias Humanorum? Foetor autem inde exiens a Tilingio aliunde, quam ab Ore deriuatur, quemadmodum item Deglutitionis, necnon & Pronunciationis impedimenta; scilicet ex Thymo. Quippe quem Thymum, inquit, alias nouimus ex quorundam Lue Venerea infestatorum cadaverum sectionibus id docti tam certe, quam ter tria sunt nouem. Unde quoque sonora non sunt voce agre cibum potumque deglutientes, sapere per foramina nasi ea excernentes agre respirantes, insuper compresso a tumore Thymi OEsophago, renitente cartilaginea Aspera Arteria. Imo suspicamus eosdem ob prauam hanc Thymi constitutionem fatenti esse anima, saluis adhuc Pulmonibus [id enim si ita se non haberet aut exulcerati Pulmones essent, quomodo fieri posset, ut spacio sex septimanarum Lue Venerea infecti curari possent] non tussientes, sed sputatores.

ac sc̄reatores. Et paulo post *Quae omnia de Thy-*
mohic tradiit a Lue Venerea lauorantium medela
confirmat facta per ptyalisum artificialem, quem
collo circundatum emplastrum Vigonis simplō, vel
duplo Mercurij currentis constans longē facilius,
quām Zona mercurialis promouet & accelerat &c.
Dicat tamen quicquid vult Tilingius: Ego vl-
cerosum Thymū nunquam obseruaui, neque,
trium annorum curriculo, quo plus centū eius-
modi Cadauerū licuit secuisse, tale aliquid se
visendum præbuit. Uidi autē sempér Thy-
mum durum, contractum ac penè nullum,
quod videlicet schirofus instar aliarum glan-
dularum euassisset, quæ glandulæ Conglomera-
tæ sunt è numero Vesciculosarum, quales dici
debent Jugulares, Axillares, Inguinales &c. de
quibus suo loco. Oppones, exulcerari has in
Lue Venerea, ac proinde etiam Thymum. Sed
disparitas in hoc consistit, quod dictæ glan-
dulæ instantium vlcerantur, inquantum quod
ex ipsarum duricie inflammantur partes ad-
iacentes, imprimis Musculosæ, & sic absces-
su facto vlcus eisdem communicatur: cùm.
verò Thymum nullæ obstipent carnes, sed
Sterno & Clauiculis contegatur, nisi propte-
reà hæc ossa carie tententur. uti plerūmque
in Lue Venerea fit, non potest vlcus talem-
glan-

glandulam, idest Thymum inuadere; & præterea, quicquid exossoes deprehenderim in Sterno & Claviculis prefatis, nunquam tamen memini vidisse Thymum exulceratum. Fœtor igitur ille ex Ore omnino aucupandus est, & cum, si vel vnicum adsit in eo vlcusculum *Venereum*, intrà pauca Os oleat fœtidissime.

14. Mittimus alia, que in *Tilingo* castigationem potius merentur, quam responsionem, & descendimus interim ad Oesophagum. Hic in *Lue Venerea* infectorum cadaveribus squalidus, ac tantum non rubicundus, idest excoriatus spectatur; & patet ratio tum ex saliuua per eundem canalem delabente, tum ex alijs succis, qui ad ipsum properant. Quippe compertum fecimus in Anatomicis (*Sect. I., Artic. XXVII. prima Nostræ Dissertationis*) adesse Lymphæ-ductus qui è Glandulis Jugularibus descendunt ad Nerueam illius tunicam, nec non alios humorem digestuum afferentes. Quandoquidem ergo tam huiusmodi recrementa, quam saliuua prefata corrosiis moleculis in *Lue Venerea* abbident, quid mirum, si ijs supra talem tunicam rotatis interior Oesophagi superficies posteà deglubatur?

Oesoph-
agi lan-
atio

vulnus
albus

15. Uerum præter Oesophagum abraditur & stomachi

etiam

concaua Stomachi facies instantum, ut muc-
co destituta semper inuenta sit, adminimum,
satis diluta: id quod indicat sero loco lymphae
ad Glandulas Gastricas miliares incurcionem.

Exuriae
inordi-
nata

16. Inueni ulterius in ijs, qui morbo eius-
modi occubuerant, intrá plicas Ventriculi
humorem quendam serofum adurentem, ac-
rem ac subrufum, qui aliis esse non poterat,
quam humor digestivus è Conglomeratis No-
stris profectus, de quo fusè in *Dissertat. ci-
tat.* Atque eiusce quidem humoris acrendini
tribuo Ego ingentem illam Famem, quæ pla-
gis Venereis saucios vexat. Dùm enim per Oe-
sophagum affluit talis liquor, retortis in Ner-
ueam membranam iam crustâ, seu mucco or-
batam realgaribus suis particulis, eiusmodi
sensum stimulare debet.

Chylosis
euersa.

17. Nota verò hâc occasione qualis esse pos-
sit fermentatio alimentorum ex tali men-
struo? Certè, non nisi inchoata & imperfecta.
Namque uti acido-fixum est illud, ciborum
autem partes aliquando fixissimæ; ita, quic-
quid idem eum hisce committatur, ac vires
experiatur, minimè tamén ipsas abinuicem
separare, abstrusa præsertim salia in aper-
tum deducere valet. Fit itaque cita & fu-
gax fermentatio, cremorque indè resultans
infor-

informis, Chyli-embryo potius, quam chylus: qui ut citius ad Intestina prouoluatur, pulsat, incitatue fibras praefatum menstruum, & Pylorum referat.

18. Occurrit iamque huiusmodi chylo Bilis in copia satis exuberanti. Quandoquidem in nullo alio morbo tantum obseruauit unquam; et Cystis quidem fellea ad stateram appensa semilibre pondus plerumque superare visa est: Torrida etiam apparebat illa Bilis, & Palato admota (quod citra Lectoris nauseam dictum sit. Non pudet quippe heic palam confiteri non tam recrementa interna, quam ipsam etiam saniem sub crustis alijsque cutaneis affectibus, atque in vasis hominum hoc morbo enectorum me plurius degustare voluisse) instar Titymali adurens sentiebatur. Causam talis libertatis adiudico Ego facilitati ex cernendae bilis (de qua Excretione docte satis differuit non ita pridem Jo. Bapt. Bianchi *Taurinensis* in sua *Historia Epatica*) ex abundantia nempè seri, quod biliosis salibus pro vehiculo inseruit.

19. Nihilo tamen plus efficit haec bilis frequentia, nisi ut foeces precipitantur a chymo separentur, utque copiosæ fiant deiectiones, Intestinis tam internè, quam externè ad Colon stimulatis

Bilis pr
oductio

obsecuas.

Diarrhœa
Defectus
mucci
Intestina
lis

20. Jamq; adeò sensim increbescunt istæ deiectiones , atque ita , vt in Diarrhoeam denique facessant . cuius color flauus est ex origine , quam olet; exitus autem pessimus, vt dicemus in Prognosticis .

21. Corrugationes tamèn Intestinorum , & per consequens hæc Diarhœa sollicitatur maximam partem ex defectu Mucci Intestinalis. Cùm enim iste à lympha sit , quæ per lymphatica Mesenterica deriuatur ad *Peyeri* glandulas, id est acinos Intestinales ; atque interim hæc lympha condensata in proprijs vasis retineatur, fit, ne quid oleaginosi transeat ad Nervej Intestinorum tunicæ deffensionem. Vtrumque hoc probat autopsia. Ipse scilicet vidi in Adolescentे præ morbo *Gallico* vitâ functo propendisse vtrimeque & continuò è Mesenterio suprà Intestinorum dorsum paruas quasdam & diaphanas , ceū crystallinas lentes , singulas singulis tanquam pedunculis fibrosis appensas, & quarum altera crassior , altera tenuior erat , vti & illa magis infernè descendebat , quam hæc fimbrias sic . siue segmenta simùl representando, quo nil pulchrius spectari potuisset : extitisse prætereà lentes illas ad Intestina crassa maiores, ad tenuia minores; sed in illis æquales , in his ordine fimbriato

dif-

dispositas, vti nouimus; tandem verò omnes dure ex gummi quodam veluti compacte cernebantur. Quarè colligi ex his potest, quòd deficiente in Intestinis lympha, siue mucco vuillosum crustam configente, efluentibusque, ex aduerso, acri sero, bile titymallina, & chymo fœcibusque indigestis, Diarrhoea illa attendenda venit.

22. Bilem sequitur liquor Pancreaticus. Hoc autem viscus quoniām in *Lue Venerea* schirrosum sempér existit [vt cultro anatomico licuit experiri] non recrementum idoneum, sed consuetum acre serum intestinis impertitur cum prejudicio Chylificationis, atque ad maiorem illorum ductum vellicationem. Sed de schirro glandularum Conglomeratarum Vessiculofarum, adeoque & Pancreatis, dicemus postea.

23. Experimentum igitur Intestinorum, siue Omentum quod attinet: nemo hoc quærat in Abdomine *Lue Venerea* extintorum; reperiet tantummodò contractam pelliculam, emunctam, luridam, subrufam vasculis sanguiferis nonnullis, sed exillimis obsignatam adipè ab acri toxicò prædominante penitus abligurito.

24. Similitè & Mesenterium squallidum,

Ductus
Pancrea-
tisOmenti
squallo-& Me-
senterij

quasi Tympani pellem atque humectatam: æmulatur, nullo, ac ne sanguineorum quidem vasorum vestigio apparente, glandulis consumptis, *Astelliano* Pancreate ad nihilū redacto.

Prauasa-
nguinis
dathesis

Observat.

25. Iam verò indigestus chymus, virulento sero grauidus [quod in his sedibus ubique hauserit] ad Cor denique delatus, & sanguini permixtus in fonte demùm natat impuritatis. Qualis autem sit iste sanguinis luctucentè nouimus in Causis: habere videlicet lympham strictè condensatam, rubellos globulos palantes, nunc turmatim, nunc solitariè procedentes, & sero affusos, ac serum denique manumissum, & seorsum à vasis capacioribus, ubique obuium: impræsens, ad ista confirmando referam quæ in Anatomicis veluti palpasse contigit. Vidi scilicet in funeribus Siphylorum ingentem. 1. Polypum Cor perpetuo occupasse valde durum, fibrosum, subflavum, & qui cum parum, aut nihil sanguinis complectetur, concretum quoddam lymphaticum apparebat; extitisse præterea alios tamen in venis, quam arterijs grandioribus, sed molliores, hoc est hæud ita fibrosos ac nuper indicatus: nigros insupèr, & quò plus a Corde dissidebant, eo nigriore colore præditos [ex globulis videlicet sanguineis lymphæ capillatio

litio adhuc h̄oerentibus & impactis] in vasis autem minus capacibus extitisse atrum quod-dam veluti cænum, rubellos nempē globulos corruptos, seū mortificatos, qui fero innatan-tes istud penitus turbabant ; atque vltimò in vasis minimis capillaribus solum hoc , nem-pē serum , locum obtinuisse. Et quod hoc se-rum : scitè ac s̄epē cùm Axillaris, tūm Cru-ralis arterię ramulis detectis, & secundūm om-nes suas productiones exploratis, inueni ip-sum inferiūs , circa Musculosos colorem lut-eum semp̄r retulisse; paulò superiūs circā In-tegumenta, cœsium , ac tandem omnino ex-trà , in cute, limpidum apparuisse: vbi por-rò , si crustę adfuissent, sub ijsdem tanquam in lacusculum diffundebatur, secūs, per pellem oberrabat. Argumentū profectō dicendi quod neque in viuis & sanis animalibus sanguis æquali partium quantitate ac ordine vbiique fluit. Sed de his ex professo agemus in *Diss-ertat. nostra Anatom. Med. 2. De Humorum Ge-neratione, Separatione & Vsu.* Postremò [& ne hoc ommittam] degustatis hisce tribus seri spe-ciebus, compertum habui cœsium illud cœ-teris longè mordacius, ac non per Integumen-ta modò , sed & per Tendines & per Lacer-tos sparsum tyrannidem exercuisse, vt iam-

iām enarrabimus in Viuis, Mortuorum incommoda priūs emensi.

Eiusdem
Lirculus
impedi-
tus

26. Quamobrēm, si motum sanguinis circularem spectes, nonnē ex lymphæ coagulis grumisque partis rubicundę, obstructio vasorum aliquandò continget, quę illius fluxum impedit atque inuertet?

27. Si verò motum intestinum, aut fermentativum [vndé *Calor naturalis* Priscis est] liquet, deficiente sulphure, quod erosum, vel ad lympham anteà inspissatam fuerit ablegatum, abesse pariter debere copulam explosiuam, quæ ex nitro aereo in Pulmonibus recepto, inque illius filamenta adacto obtinetur, & sic desiderandam esse eiusmodi fermentationem, in quâ tamén vita vel potissimum consistit.

Pulsus
debilitas

28. Consistit, inquam, in hoc vita, ut nitrum aereum cum salinis frustulis fermentando sulphurea filamenta sanguinis exfuscit, ab inuicem separet, atque ita exactam principiorum eius faciat commixtionem. Quòd si adeò parùm intér sulphura emicet, quo pacto flammarum, verius crasin istam conciliatum ibit? Hāc tamen non constante, tenebrę, siue mors repit, vti appareat: atque interim languente eiusmodi explosione, quemadmodum Cordis Dia-

Diaстole minùs validè promouetur , quidni &
Pulsus debilis efficiatur ?

29. Nihilominùs à talibus quasi vinculis
absolutum nitrum . vti liberiùs cum cruentis
salibus fermentat , ità in sinistro Cordis sinu
crebriùs accendendo oleosa stamina , ipsius
dilatationem accelerat , Pulfum reddit fre-
quentiorem .

30. Sed non sufficit frequentia , potiùs am-
plior dilatatio exigitur , vt validiore indè Sy-
stole [hoc est fibrarum Cordis ad naturalem
suvm statum reditu] cōsequente sanguis posteā
quoquouersúm alacriùs didatur , impellatur ,
aut distribuatur , Hinc itáque velut torpido
sanguinis remanente motu , lympha faciliùs
conuenit & condensatur , humorum discrasia
quotidiè magis crebescente , vt patet .

31. Jāmque ex discrasia istâ serum , quod è
butyrosâ sanguinis substantia expressum .
vnicè & vbiique permeat [cœteris , nempè
principijs , hīc atque illīc coaguli cuiusdam ,
aut instar limi subsidentibus ob defectum eti-
ām competentiis motūs] quoniām ad Pulmo-
nes identidē allatum membranosas eorun-
dem vessiculas veluti macerare pergit . flac-
cidā proptereā redditā istarum texturā In-
spiratjonis negocium non parūm implicat .

Quan-

& freq-
uentia

Lymphæ
conden-
satio

Asthma

Quocircà' parietibus earundem concidentiaus nonnè porrò vberior aeris influxus requiriatur ad ipsarum dilatationem? Iunge, quòd cùm sanguis effoetus spiritibus etiàm careat, qui partes in elasticitate suâ contineant, vt proindè aer ducendus est, maior istius copia exigitur pro istarum expansione.

Tussis

32. Aet Serositatis vti aliàs, itá hâc occasione proprium est, vt salia sanguinis circumuehat, diluat, hincque in actum exerat iuxtà tritum illud Chymicorū *salia non agunt nisi soluta*. Quarè ijs in Vessiculas pulmonares actis, ac titilatione inducta Tussim excitat plerumque siccam, vt ratio suadet: interdùm humidam, vasculis relaxatis, ac nonnumquàm etiàm cruentam, aut saniosam, vbi sanguifero- rum ductuum erosio contigerit.

præfer-
tim Sicca

33. Dixi, *vasis relaxatis*, proptereaque quòd serum illud non tam per sanguifera excurrit, quàm per lymphatica, nec tantùm in Vessiculas pulmonares, quàm ad glandulas in istarum bronchijs, in succingente membranâ intèrque vessiculas præfatas existentes. Quarum adeò fibris contractis atque conuulis Tussis illa sequitur sicca, & cùm Aer pusilios illius globulos congregare atque eleuare nequeat, & prætereà, si adsint aliæ causæ læ-

fæ

sæ respirationis, puta Musculorum Thoracis,
Diaphragmatis & cohaerentium membrana-
rum atoniam, siuè relaxationem; quæ nullo
negocio accidere debet, vt insinuauimus.

34. Tracheam quod attinet: quamuis seruim
è glanduloſo interno velamento depluens al-
tera præfatæ Tussis causa existat, quoniām
nihilominus tumefactis tunc temporis ijsdem
glandulis reſluentis aeris columnæ vndulatū
eunt, Uox proptereà continuò alteretur, siuè
immutetur necessum est.

35. A Pulmonibus interim rursùs ad Cor,
atque hinc per Aortam ad Carotides proce-
dendo ſubit contemplari ſanguinem imprimis
ad Caput emigrantem. Notum autèm iam
ſuprà fecimus qualis in *Venereis* fit iſtius con-
ſtitutio, ſerosa nimirūm in Arteriarum fini-
bus, alibi muccillaginosa, eoque compactior,
quò propiorem Cordi ſedē occupauerit. Cùm
itáque muccosa portio accliuem, ſeu perpendi-
cularem viam metiri, eiusdemque terminum
nimis angustū ſuperare difficultèr valeat, pla-
num eſt, quod muriatico duntaxat ad Menin-
ges & Pericranium euecto ſero, puncturę in his
atque irritationes pangendę veniunt, & ſi in-
ſupèr glareoſum quid illuc tranfeat, grauamen
etiam ac diſtensiones fiant, ſeū Dolores Capitis.

Raucedo

Cepha-
lagia

lancinantes , tensiui ac pregrauentes :

Febris
Jenta, &
Hectica

36. Respectu verò reliquæ alterius massæ ; manifestatum est item , quemadmodùm debili existente Systole, idest Cordis contractione, cruris motus circularis hebescere multum debet. Colligamus nunc proinde, adauctâ semper ex eiusmodi lentore lymphæ concrecentiâ, cœtera principia ab inuicem quoque tamdiu sequestranda esse quoad Sales velut euinculati, vbi post alios conuenerint per Respirationem , Chylificationem &c. in arterias introductos, fermentationem accensuri sint . videlicet Febriculam Hecticæ similem, & quæ cum tempore in veram Phtysin degenerat. Neque enim mirum est (loquar cum Riccardo Morton) cum tota humorum massa tam evidenter ab huius morbi [nempè Venerea Luis] fermento alteretur & in statum colliquativum educatur (quod à Tumoribus malignis Gonorrhœis & ulceribus hunc morbum usitatò comitantibus & precedere solitis apparet satis) si etiam huiusmodi Tumores atque ulcera Venerea aliquando in spongioso paréchimate accidunt , vndè Phtysin verè Pulmonarem insequi necesse est. Ego equidem (pergit) potius mirari soleo Luem Venereum saltim Chronicam , seu male curatam , unquam sine pulmonum ulcere & Phtysi-

si

si indè nata reperiri. Verum, ut rem ipsam loquar
 rarissimè si unquam Phtysin pulmonarem Venereā
 obseruaui, praterquam, ubi pulmones iam prius
 obstructi & in Phtysin dispositi fuerant, vel sal-
 tem ubi malum regimen & medicamenta mali mors
 ab Empyricis fuerant exhibita; & frigora sapis
 in cursu sudatorio vel saliuatorio percepta cum
 ipsa Lue conspirarunt. Haec tenus Laudatus Au-
 thor, & mea quidem sententiā rectissimè. Ut
 vt námque & ipse complures adspexerim, qui
 Lue Venerea infecti Asthmate, Tussi, ac Ma-
 cie præterea vexabantur, neminem tamen
 vnquam comperi in Phtysin delapsum, nisi
 fortè aut Stirpe satus tabidâ, aut causis illis
 obnoxius fuisset ab Authore relatis. Ratio-
 nem si petis: censeo Ego nullum in Lue Vene-
 rea vlcus pulmonare gigni, quod tunc in hoc
 viscere sanguis minùs rarescat ac despume-
 scat, vti narrauimus.

37. Licet autem Lues Phtysie vacua plerūm-
 que sit, Marcore nihilominus, siue Tabe sti-
 patur semper: & ratio est primò, quia Chy-
 lus (à quo nutritio est) imperfectus peruer-
 susque, & in minimâ mensurâ deuoluitur ad
 Cor; præterea, quia balsamicæ eiusdem partes
 siue sulphura, pereunt, aut corroduntur, hoc
 est volatiles præ febrili diathesi diuiduntur

continuò ac suffflaminantur , fixæ verò (quæ Fibræ sanguinis , à nobis vno nomine Lympha appellari solent) constringuntur, seù condensantur. Quāmobrèn illæ inutiles euadunt alendis membris: hę non tām exigua capillaria ingredi nequeūt, verūm etiām alias prohibent, nè progrediantur, nèue, prætèr serum quidquam per arctiora intestitia discurrat pro partium organicarum nutritione .

Cutaneę
maculæ

38. Vnum itaque omnino serum, quod venenosis biliosisque falibus turgidum minimas arteriolas subire diximus, Corporis peripheriam aggreditur, ac verè, inquam, aggreditur. Quandoquidem tantum abest, quin eiusdem fibras nutrire valeat, vt potius depascat; ad minimum autem Miliares glandulas, quas obtinuerit, tandem obstruat impacto in ipsorum poros aliquo è crassioribus, quos secum vexerit sales. Hinc ergo perspirabili materia suppressa, quoniām circumstantia vascula in quibus, vtpotè latioribus, rubicundi aliquid sempèr est, disrumpuntur, proptereà & Maculæ adextremum excitantur in Cute purpureæ, petechijs, siue Exanthematibus grādioribus ferè æquales. Vndē ita Tilingius: Petechiae, non modo in contagiosis, sed interdum quidem in alijs quoque affectibus apparent, ut in Scorbus-

to, Lue Venerea &c. citrà pestem vel pestilentem febrem: sed earum ab his differentiam [addit] peritus Medicus sola inspectione, & circumstan-
tiarum consideratione facile animaduertet. 233

39. Quòd si compertà in ijsdem Glandulis
Cutaneis materiâ aliqua siu  Nutritioni,
siu  Transpirationi dicat  moleculas eti m
inueniat illud serum   Celticis, quibus sca-
tet, omnino diuersas, protinus indicto bello
& tumultu excitato Glandularum ostia
parietesque consternet, vasorum repagula-
auferet, sanguinem denique hinc eductum
atque ad luctam instigatum in pus confinget;
quod eros  Cuticul  liquidum prius, m x
ver    nitro aereo inspissatum solidam, hoc
est crustaceam naturam inducit, idque in-
facie, in trunc  corporis, in Extremitati-
bus, plan  ut in Job citato, de quo it  *Sacra*
Litter : Egressus Satan   facie Domini percussit
Job ulcere pessimo   planta pedis usque ad ver-
ticem Capitis. Obseruaui Ego Crustas, qu e
laxiori cuti pen  capillare aliquod succre-
uisent, habuisse infr  se aquam limpidam,
adsumnum par m turbatam, siu  flauam,
& que adeo opercula quorundam scrobicu-
lorum e dem aqu  repletorum emulabantur,
latas insuper, crassas, circumh rentes: quot-

scabies

obscur.

quot verò in arcto , vt suprà Musculos, prouenissent, fuisse ut plurimum siccas, labiles , fluxiles squammarū instar, tāmque frequentes , vt herpetes mentirentur.

Impetigo

40. Sed istæ, vtpotè ad casum pronæ, si prætereà ex irritatione virulentorum salium iusto crebriùs fuissent exscalptæ, ablatis per interualla etiām fibrillis , quibuscum pelli toti adhærescebant, latiores pedetentim factæ , Serpiginis , aut Impetiginis nomen promerebantur.

Lepra

41. Illæ verò , crassiores Crustæ, etsi minús pruriginosæ , quoniām tamen ichore abundabant , Psoræ , Heraclei morbi , Leontiasis , Satyriasis , Lepræ , Elephantiasis [vt qui affestus ferè vnum & idem sunt , nec nisi nomine intèr se differunt] speciem præferebant tanta malignitate , vt quæ crebro scalptæ corpus altè confodissent, cancrosam naturam statim inducerent, manante proptereà sanguine ac malignitatem, seù acrimoniam illam suo effluxu connotante. Horreō profectò , ac tremit adhuc animus ad recordationem eorum , quos ita infectos noui ad nos configisse. Ipse scilicet vidi aliquot Elephantinā eiusmodi pelle inductos , quâ visu etiām priuabantur, ambustos quasi stipites repræsentasse , & qui

ad

obseruans.

ad extremum cùm lotium reddere non possēt
accensa intensissimā febre ac delirio correpti
vitā decessere . Sectis cadaueribus inueni
Cerebrum penè aridum , Renes nigerrimos ,
exvlceratos, cutim tabidam & arentem (similes
in hoc Beluis , Imprudentiæ æquè ac Impudentię suę sic admoniti ; vndè & beluinum
nomen huiusmodi morbi generi concessū est :
Cutis animalis Elephanti , inquit Cassiodorus ,
vlerosis vallibus exaratur , ex quā Transpon-
taneorum nefanda passio nomen accepit .)

42. Rursū serofus ille latex siquidēm nil succulentī habet , quod defferat ad Bulbos , idest radices pilorum in *Pube* , Mento , Capite &c. existentium , vectis proptereà illuc potius totidem veluti acinacibus , quot sunt , quibus salibus instructus est , interiores eiusmodi germinum canaliculos deuastat , disiicit ac prosternit Alopeciam sic inducens , Menti glabritiem &c.

Alopœcia

43. De colore *Aphrodisiacorum* subflauo , aut luteo dicemus postea .

Curtis
fædatio

44. De Cute igitur quod in reliquum dixerim : expanditur ea nonnulli in tumores quosdam oedematosos , quatinus serum totiès nominatum per ipsius poros aliquandò diffunditur liberalissimè , nec postindè vias inuenit

OEdem-
ata

per

per quas in reliquam massam reducatur deficiente præsertim motu cordis impulsu, ceù quem diximus in Lue *Venerea* desiderari.

45. Labitur vltterius idem serum in Membranam communem adiposam, vbi quicquid mellaginei superest abligurito vacuos relinquit fauos, id est alueolos, in quibus pinguedo nidulabatur: & sic integumentum illud emunctum remanet, tenue ac vix perceptibile, quemadmodum & Omentum (adipis scaturigo ex *Mapighij* suspicione) vt quod in Lue *Gallica* visum effugit perinde quasi fuerit eliquatum.

46. Iam verò quanto magis gracilescit teges ista oleosisque globulis fraudatur, tanto acerbius pungitur ex salini phlegmatis incursu præsertim in lamella sua interiore, quæ carnæa est & Musculorum communis.

47. Musculi pariter tali inluuie farti rigescunt. Quocircà ipsorum motu non tam lentè, quam molestè succedente Corpus aggrauatur Lentor tamen iste, vt & molestia crescit eo magis, si Ligamenta ac Tendines ex eodem sero similitè fuerint imbuta. Quippè sic Nervis pressius irritatis Animus accuratiorem Corporis se præstat OEconomum.

48. Et quod rursum Tendines ac Ligamenta

ta: patet his expletis ac sero veluti maceratis aliquot ipsorum fibras alicubi proculdu-
biò relaxandas esse. Vndè fit, vt excitato in-
tére eas quodam quasi Folliculo Ganglion ibi-
dèm postea innascatur, cum primùm scilicet
inclusa humiditas foras euaporauerit.

49. Hac etiam ratione proueniunt Nodi, seù protuberantię *Gallicę*, Periostij fibris ni-
mirum elongatis, & concluso succo posteà ex-
siccato. Qui, si denuo alterius seri occasione,
liquefactum eat, & salia in ipso anteà fixata
denique in motum agantur, protinus in pus
conuersus abscessum molietur, in Therioma
transibit, nempé in vlcus tetterimum, feri-
num, & summè malignum, colore foedum,
nigrum, liuidum, muccofo humore repletum
&c. cuius causam in sanguinis ichorescentia
causticā & putrefactione consistere prodiderūt
Hippocrates, *Celsus* & alij Morbi *Gallici*, vt
& Luis *Venerea* nominum adhuc ignari.

50. Qualis interim futurus sit dolor ex eius-
modi Stygio tanquam vdore in tam delica-
ta Organa sequente deprehendet is profecto,
qui Mentem nouit passionibus sui Corporis
esse presentissimam, imò & huius cruciatus ab
Aliquis pro Mentalibus omnino reputari,
sola nimirum Mente de ipsorum intensione,

H h

aut

Therio-
mataDolores
nocturni

aut extensione iudicante. Cùr autem noctū vt plurimū exacerbari ij soleant indē est, quiā tali tēpore nitri aerei glebē fixiores sunt quām interdiū, ac propterea cūm tūc sanguinis coagulationi auxilientur, & per consequens vberiorem serosi laticis promoueant expressionem, sequitur quod aucta penu, istius actio pariter augenda sit, & cūm præterea, ex eiusmodi fixatione sales maiorem, acquirant molem, quā ad feriendum magis idonei euadunt.

*Caries
Ossium*

51. Sed iterū quod Theriomata præfata, qui nesciat ab his Ossa quandōque cariari? seorsūm hæc, id ipsum nihilominus serum vltrò talem cariem audet. Cum enim se se vel in penitissimos Ossium poros intrudat, eodemque vnā phagedenicam suam muriam conuehat, nonnè liquet istius vi erosionem quamlibet, ab eo patrandam esse?

*Præfer-
tim Cra-
nij*

52. Ut verò intèr Ossa Cranium poris hiscit grandioribus atque ex alia parte coeteris exilius perhibetur, ita citius teritur atque absimitur aliquandò, nullo etiām prægresso vlcere, aut aliquali inflammatione Sic Mirandus *Senex* vidit Capitis futuram excavatam; vidit insuper ossium cariem seu teredinem, quę est pertusio ossis ex corruptione iuxta Galenum

lenum. Cœterò post Cranium, veniunt Sternum & Claviculae, quæ præ reliquis tentari carie animaduerti.

53 Locus hic iam profecto esset de Verrucis aliquid libandi, ceū quæ *Siphyllidis* non tam parentes, quam & Filiæ nuncupandę. Uerum quoniām de ijs alibi vel ex professò actum est, plura dicere non vacat. Confirmaberis nihilominus adhuc magis in veritate Systematis ibidem à nobis positi quoad earundem causam, si hic aduertas, quod huiusmodi excrescientiae nonnisi ex sero fibras cutaneas allidente obtineri queunt, vt est manifestum.

54. More Verrucarum educatæ fibræ, quæ inferiorem Ani partem constitvunt (eoque adhuc maiori iure productæ, quod in tali loco multo adipe obduci solent) in extuberantias facessunt, quæ duplices, interdùm triplices numerantur; nec sunt Hemorroides (inquit Celsius) sed eminentes tumores nunc molles nunc duri, figura rotunda & nihil liuescentes. Ex quibus verbis liquet quid differant Condylomata à Mariscis, ijs nempè productionibus, quas eidem Sedi euénire diximus ex attritu, quem Cinedi patiuntur. Hæ quippè multæ sunt liquidæ, concisæ, oblongæ cespitantes &c. vt diximus suo loco. Fiunt similiter, ac penè ad

Verrucæ

Condyl.
omata

eundem modū Condylomata in *Vagina* muliebre proptèr parem istius partis atque *Ani* in ad ipso contextu situationem facilemque fibra- rum elongationem , vt patet.

55. Ordo nūnc nos ad cognata deuoluit. No- uimus in superioribus [*Artic. de Pano Inguinis*] quemadmodùm Bubones *Venerei* fiunt ex viru acido lymphā vsque in Uessiculosis Glandulis condensante. Remanet hīc insinuandum, quòd cùm in Lue *Gallica* loco lymphæ san- guineæ puræ ac oleaginosæ nil, nisi quidam hydor fixis, cathereticis , siuè corrosiuis sali- bus turgidus transeat ad tales glandulas, hīc est quòd obstructis eiusmodi Uessicularum po- ris, atque impedita cribratione , eadem glan- dulę posteà turgere debent , nihil adeó excer- nentes , sed tantum totiès decantatam ferosi- tatem admittentes . Quæ cùm itá sint, præ- térb̄ Bubones in *Inguinibus* , fiunt alij sub Alis ; Strumæ itēm ad Iugulum , Parotides ad Au- res &c: et , si porrò superiacentibus Musculis pressuram fecerint , disruptis vasculis san- guiferis inflammantur , exulcerantur , imò , vel si humor in Glandulis coaceruatus pr̄ lō- giore morā tandem in fermentationem erupe- rit. Denique vlcus hoc cancrosam naturam plerūmque induit. Hinc Bubones obseruaui

Bubones,
Strumæ,
Paroti-
des

in

in Lue *Venerea* imprudentè apertos curâ quilibet non obstante impediri nunquam potuisse, quin malignauerint; adminimûm verò eorundem aperturâ in fistulas degenerauisse.

56. Quod supereft de alys in alys partibus *Vesiculosis glandulis* è genere *Conglomeratarum*: imminvuntur istæ feré vniuersim, ab liguritâ lymphaticâ pinguedine, quâ naturâ litèr scatere solent; liuescunt insupèr ac durescunt adeò, vt schirrosum habitum assumpſisse videantur ob defectū videlicet olei, quod easdem in debitâ mollitie continebat.

57. Cerebri autém *Cortex* (qui itidem *Conglomerata glâdulaaudit Anatomicis*) abs me in Lue denatorum Cadaueribus inuentus semper est flaccidus, laxus, humidus, quasi putrescens: Obseruaui paritè in eiusdem Cerebri Ventriculis fluctuasse subflauam quandâ serositatem illius æmulam, quæ mòx dicetur in externis partibus reperta; Aderant quoque in illius Sinibus excrescentiæ sanguineæ poliposæ plurimæ, nigræ, sero innatantes: Denique pia præsertim *Menynx* penè tabida videbatur, lurida, squallida, vasculis nigricantibus exarata, sed tam exiguis, vt oculorum aciem penè diffugerent. Ex quibus propterea animaduersionibus aperte deduxerám,

*Exten-
tio Glan-
dularum*

*Morbi
Capitis*

Obseruat.

cūr tali morbo subiecti Strabi, Balbi, Obstipi, Tetanici, Conuulsi reddātur, alijsque Neruinis ac Cephalicis affectionibus dediti, vt Epilepsiae, Apoplexiæ, Comati &c.: Nec subiit mirari Paracelsum eiusdemque Asseclas hanc Luem, Lepræ titulo, totam soli Cerebro adiudicasse; quandoquidem noueram à serositate illà quamlibet in Cerebro tām Spasmodicam, quām Animalem ægritudinem ludi posse.

Bilis co.
pia

58. Sola adest Hepatica, siue Hepar & ipse à Modernis Conglomeratarum Glandularum cathalogo adscriptus, quę porrò in Morbo Gallico neque obstructionem patitur, neque aliam infectionem: cuius rei causam arbitror, quod non lympha, non vasa minus teretia, sed ipse numero sanguis largo flumine influit in illius substantiam; vndē est planè, quod solis Leucinīs Vesciculis segregandi munere ritè fungentibus Bilis posteà sic exundet in felleum folliculum, vt ponderi iam alibi indicato potuerit æquipollere. Sed hęc in gratiam eorum, qui huiuscē Uisceris intemperiem arguunt in causa Luis Venereæ, Montani videlicet, Massæ atque omnium penitus Antiquorum.

Unde
Cutis
flauor

59. Iamque ex è Bilis affluentia quā tot incommoda Ægrotis afferri suprà demonstrauimus, dicendum nūnc est prouenire & ipsam flau-

flauēdinem , quæ tales Infirmos tingere consuevit maximè deficiente adipe , seu sulphure sanguineo , quod eandem bilem viscere atque abscondere potuisset .

60. De Conglobatis autem Glandulis , quod in totum dixerim , hæc est regula : scilicet ut vbiique & sempè tamdiu decantatam serositatem eructent : Hinc , in Pericardio Vessica Vrinaria , Sphinctere Podicis , in Utero , Vagina muliebri , Tunica vaginali Testium &c. acri colluuie illa detillante vbiique phlogoses , vbiique Vulnera , Excoriationes , Ulcuscula , Corruptiones panguntur ; in Corde insuper ex humoris Pericardij irritatione fiunt Palpitationes , in Vessica Strangurię , Dissurię , & similia plura .

61. Peculiariter nihilominus *Pudenda* imperit præfatum serum , propter nimirum iam alibi allegatam analogiam , quam nouimus intercedere inter dictum virus & poros eius loci , vnde sua traxit Incunabula ; & proptereà Gonorrhœas , Ulcera , Excoriationes &c. in præfatis Sedibus excitare sempè gestit .

A Legitima ad Spurium : hæc ijsdem Accidentibus stipata in publicum prodire solet , quibus & priori verūm non adeò crebris , neque

Palpitatiōnes,
Ulcera
Uccidicē
vinnarīz , &c.

Pnden-
dagra

IIJ.
Acciden-
tia SPURij

vt

vt alibi iàm dictum est . ità violentis . Comitantur nimirùm hanc Pustulę in Labi s, Ore, *Pudendo &c* , Duritates in Mammis , Juncturarum dolores, Tumores in Artubus, Depilationes ac similia leuiora , dirioribus Symptomatis rarò , ac ferè nunquàm apparentibus , qualia nempè sunt Nodi siue Exossoes, ipsorum Ossium Caries, Ulcera phagedenica, Nasī consumptio &c. Dabo proptereà aliqualem *Spurię* huiuscet Luis descriptionem . Româ redux anno 1702. secesseram in Oppidum.

Observas.

Burgi Alarum, Incolis *Borgo d'Ales*, vbi non ità pridèm bini Infantes ad valuas cuiusdam Ecclesiæ expositi , vulgo *Proietti* , ab illius Loci Scabinatu suscepiti , ac totidem Nutricibus alendi confignati fuerant . Euenerat proinde , vt paucò temporis interuallo Mulieres istæ schirrosa tubercula in Mammis , ulcuscula in Ore ac *Pudendo* pati cæperint , neutrâ tamen nihil minus quam de Lue *Venerea* suspicante . Nihilosecius vtraque in dies magis tabescet , Strumæ ad Jugulum , Sugillationes ac Maculæ in vniuerso Corpore , Iuniori etiàm fæminæ oedema prægrande in Genu dextro adiungebantur . Misericordia ergò motæ aliæ *Conterraneę* , quibus vel lac abundabat , vel vices officij rependendi in votis er-

at ,

at , illuc turmatim conuolantes breui etiam parem sortem obierunt , donec tandem vel domesticarum occupationum causâ , vel laborum, quos in agris perdurare debebant, aliæ apud alias pusiones suos [vt eiusmodi fœminarum ferebat consuetudo] nutricatum depo- nendo , haec ab Alumnis , hic à Nutricibus sic in fecti sunt , vt nec Lactantium , nec Lacten- tium quispiam supererit talis pestis expers . Sed misellum illud male-natorum par iam fatis cesserat , sexto videlicet ab ortu mense: Iuuacula pariter illa Nutrix prefata post Ma- ciem Hecticâ febre correpta decesserat , super- stite adhuc alterâ seniori , sed magis virosâ , & quæ nihilominus eundem cursum percur- rebat . Coetero tam liberi , quam Parentes , quo tempore eò me contuleram , se habe- bant hoc pacto . Ulcera imprimis mali mo- ris in nonnullis , in alijs Aphtæ plurimæ Puellorum oscula deuastabant , Excoriatio- nes *Inguina* populabantur , Scabies demum ac Pustulæ Corpuscula vniuersim aliquandò con- tinebant : in Matribus Ora erant foetida , cu- tis color cretaceus , Mammæ sugillatæ ac ul- cerosæ , Capillitia glabra , Vires prostratae , Menstrua irregularia , Sinus pudoris exulcera- ti . Euenerat perifomitèr , vt quot quot siue

has , siue illos fuissent exosculati Coniuges ; Filij , Fraterculi , Consanguinei &c. eandem sortem subijsent . Sed Genitores eiusmodi Alumnorum ijdemque talium Mulierum viri è maribus suprà cœteros affligeabantur . Nihilo tamèn amplius laborabant , quàm Oris ulceribus , Scabie , Maculis Pustulisque cutaneis , Articulorum doloribus , Hemicraniâ , simili- busque symptomatis benignioribus , in reliquum vegeti ac firmi . Dubitatum quippè fuisset eorundem *Pudenda* plagis aliquibus esse vexanda stante ulcerosâ diathesi ~~Wluam~~
Vxorum affligente . Verùm plures ego noueram & antè hos , & dūm hæc scribo , qui à *Spurio* contagio *Pudendagram* nunquam tulerant . Dūm , inquam , hæc scribo . Idem quippè nupèr (hoc anno 1715.) contigit in Vico haud procul ab Vrbe ASTA , cui nomen vulgo *Castagnito* : vndè vxorati homines pro se , Coniugibus , Filijs , Affinibus , Amicisque pluribus consultationis ergo ad me profecti , post quàm auditâ causâ (eadem nimirùm , quæ in Oppido præ allegato] quicquid sibi , Suis , alijs- que in eo affectu accideret recitassem [neque enim ipsi quid enarrarent satis sciebant] ad- èque applaudissēt tanquàm diuinanti ; quùm tandem eò deueni , vt dixerim , putare me pro-

probabilitèr ipsorum neminē in *Obscuris* partibus aliquam læsionem pati, maiori cum admiratione id verum esse fassi sunt, idemque de reliquis in Pago relictis asseuerarunt. Ratio huiusc in columitatis si quæratur, præsto est. Ettenim *Virus Venereum* quo longius ab ipso fonte [*Pudendo* scilicet Meretricio] discessit, eò minori pollet energiâ. Hinc noui mulieres ex Maritali copula, dum *Viri Pudendagra* tenerentur, in Gonorrhœam lapsas sanatos posteá amplius non infecisse, ipsis interim difficile (vt suo loco ostensum est) ab eo morbo rescipiscentibus. Uerum quicquid de his sit; satis ex historia ista patere arbitror qualis & quanta existat *Spuria Venereis* seges ac messis.

Hæreditariam propterea quod concernit: hæc tripliciter considerari debet; prout videlicet vel à Matre prouenit, vel à Patre, vel à Nutrice: & si à Matre, rursùm duplicitèr. Näm hæc aut per se, ex causis nimirùm in Theoriâ allatis, vel ab alio infici potuit, vt à Marito vlcere *Preputij* laborante &c Iam igitur pueri sati matribus parùm honestis, & quæ adeò *Pudendagram* libidine sibi compararint, præmaturé in lucem exeunt, quarto, quinto, ad summùm sexto gestationis mense: ipsi etiàm

IV.
& Hære-
ditarij.

abortus, si talem parentem habeant macilenti sunt, emuncti, tenues, depiles, excoriati, semi-cocti, rubri [*Fallopiana comparatione*] velut gambari elixi, nec diù denique lucis usura fruvntur: Qui verò à matre sunt per Coniugem foedatā, hi usque ad legitimū quidēm tempus Vtero gestantur, sed nati graciles, teretes, languidi, queruli cernuntur, prætereā depilati, rhagadibus pleni ac fissuris, quamvis ad extremum nec tam repento fato subiiciuntur, atque aly mōx indicati. Si verò à Patre *Hæreditas* illa sit; licet hic minorem in Generatione partem habet, non desinit tamen, quin vel teterima Luis vestigia, imprimat in filijs, præcipue si *Legitimo* laboret morbo, & semine scateat salillis celticis referto. Quippè aliás, in Lue *Spuria*, uti, eiusmodi corpusculorum agmen rarum est, quod nempè in transfusione sua defecerit, ita ex longiori circulatione, diutinaque humorum maceratione disperit aliquandò atque obliteratur. Sin hoc, sulphureis fortasse, cœū compedibus implexum toto vitæ tempore in filiorum corpore cubatur, nec demūn nisi vi fermentationis alicuius, vel dissolutio-
nis se asseret in libertatem decimo, vigesimo, aut trigesimo ætatis anno Luem tunc *Veneræ* exe-

exerens si angulis integrum fuerit; mutata vero configuratione pro Lue Cachexias, Tabes, Atrophias, Rachitides, Arthritides, Scabies dabit, vt & alia huiusmodi. Euenit pariformiter ex Patre, qui semen vel radicaliter, vel per viam *Spuriam* habuerit inquinatum, vt in prima, vel paulo post primam conformacionem in foetu fiant noduli ex falibus & sulphure, id est lympha, praedictis; qui laxis eiusdem membris intimè penetratis, secus ossa [verius ossium rudimenta] ad Articulos tandem deoluuntur: vbi porro, quoniām indē amplius ab humoribus elocari nequeunt proptèr eorumdem capita, seù Condyllos, fistunt iccircò se se, atque in Perioftio tam hos condylos, quam istorum Acetabula inuestiente stationem ponunt, usquequod ineunte ætate enodentur, dissoluantur, atque inclusis demum falibus *venereis* faciant exeundi potestatem. Tunc igitur emancipata hæc, tametsi in configuratione detrimentum passa fuerint, idonea nihilo minus adhuc sunt ad fermentandum. Quamobrem cum etherogeneis sibi, inque Sanguine innatantibus particulis rudiustculis parta turbâ, vicinæ fibræ diuelli, sanguifera vascula disrumpi incipiunt sic quod ad extremum articulationis actio impeditur, Inflammatio

gignitur, & Tumor adeò ibidèm excitatur nō nihil liuescens ob veneni naturam Vitriolicæ proximam, vti nouimus. Iam verò ex tumore Abscessus fit ; vndé infernè à pure corrup-
to osse, Musculi supernè ceù terebrà perforan-
tur : atque ità demùm proptèr arctam partis
structurā ichorisque stipticitatem fistulosum
vlcus gignitur Spine ventositas dicta, *Seuer-
ino* Pedartrhocaces, quòd nimirūm Metatar-
so fiat vt plurimùm proptèr Articulationum
in eo loco latitudinem ac pluralitatem: quic-
quid ex aliâ parte contingit etiàm Spina ven-
tositatis, nec minus rarò, in Metacarpo,
itemque in alijs Ossium iuncturis, vt in con-
nexione Cubiti cum Osse humeri &c. sed hoc
non ità crebrò. Vbicunque verò situm fuerit
tale vlcus, in moribus habere solet, vt quo plus
tumet iunctura, Artus vtrinque decrescant'.
Sugitur enim iugiter per dictam fistulam nu-
tritus succus, hocest, ruit quā data porta in
malam frugem: corroditur etiàm à Veneno
ibidèm latitante, quicquid vltrà membris cer-
tam dimensionem extendi nequeat & totum
corpus inuadere proptèr acquisitam possessio-
nem, quę cum membris cœteris non commun-
icat, Nihilo secius nutrimento Corporis exin-
dè quotidie effutito Contabescentia, Dolor,

Mors

Mors superueniunt miseris filijs nedum viuere assuetis, atque infimae Pubertatis. Quodsi porró venenatorum salium inuolucra præallegata ad tam ima, nempè ossa, non descendenterint; verùm sub cōmunibus Integumentis condita ac substrata fuerint, profectò eadem, vti ad communia lymphę excernicula, glandulas scilicet Conglomeratas ac Vessiculosas cum tempore deferrenda erunt, sic Tonsillas denique, ceū in edito sitas glandulas, ac præ cæteris Cuti viciniores adepta ibidem obstructiones facient, quæ Tumores Schirrophlegmonos secum trahent, idest Strumas. Ac postremò in ipsa Dermide castrametata, obstructis pedetentim glandulis eiusdem milariibus paruisque phymatibus excitatis Herpetes generabunt pro causæ facultate etiā Estiomenos. Supereft Nutrix; hæc etiā pro ueneni robore Lactentem magis, minus, ue inquinare solet, & citius tamen, quam si à Patre *Spuria* Lue contaminato malum effluxisset. Breui nempè in Ore fiunt aphtæ in peius quotidiè degenerantes: Infans etiā languet, pallet, non vigescit, ægrè ad incessum se disponit, si parum veneni suxerit &c. nāmque ex maiori istius copia morbi contingunt, qui intrá pauca eundem vel ipsa vitā

de-

destituunt, ut est manifestum. Atque hæc de Lue *Hæreditaria*: quæ licet quod Nutrimentum posset aliquandò vocari *Spuria*, tamen, quia mater est, quæ nutrit; à Nutrice iccirco affectus intèr maternos adeòque *hæreditarios* duximus computandos.

§ 3

J.
Natura
Morbi

Tot in vnum conspirantibus plagis, tot laruis totque eiusdem propaginibus moniti quidni repetamus heic, quod initio eramus augurati, esse videlicet *Venereum Luem Complurium malorum à sanguine per acido-fixam Venerei alicuius Ulceris spicula dyscrasiato, siue grumefacto, & corrupto, cumulum & Prouentum?* Annunt certé omnes, & sic *Mercatus* præ cæteris, & *Vigonius* autumare iamdudum non dubitarunt, quod omne morborum tam acutorum, quam chronicorum genus cum Gallico potest complicari. Hinc alij *Compendium illam Aegritudinum omnium; Iliadem omniuariam, incenarrabilem; Miserabile Scortatorum flagellum; Morbum plusquam Herculeum, Leoninum occultum, dolosum, pertinacem, insuperabilem appellitarunt, verbo, Mare malorum.* Ast non omnes tamen, neque vnà, vbique & semper coeunt istius procellæ: verùm pro temporum, ac subiectorum varietate nunc plures,

res , nūnc pauciores,molestæ , tolerabiles,in-
tense , remissæue spectantur ; vt si vetus , aut
noua sit ea Lues , *Legitima* , aut *Spuria* , Hye-
me , vel *Æstate* : & quod subiecta,difficile in-
uentu est,quod virus ità alicuius crux accō-
modatum sit , vt ipsius particulæ hunc amus-
satim penetrare,scrutari,transfodere,valeant;
nullæ pereant, liquefcant , figuræ ac molis te-
trimentum faciant : vt itèm omnes vires suas
exerant , incœptumque alacritèr vrgeant; vt
denique sanguis ad eum modum alteratus
sit , qui requiritur ad plus centum ægritudi-
nibus inducendum . Nimirùm inest cuilibet
peculiaris quædam in Humoribus, aut in Or-
ganis structura,cuius ratione naturaliter *Vene-*
reo seminio resistitur: non naturaliter autèm
Cibi , exercitationes , Aer calidus &c. mul-
tum possunt ; Vltimò , præter naturam , ipsi
morbi , vt febres superuenientes Luem quan-
tumuis *Legitimam* supprimere , interdùm
etiam extinguerent, viru scilicet
uolatilizato , atque in aliam substantiam
conuerso . Verùm de his fusiùs in Progno-
sticis.

Quod impreſentiarum; vtvt Lues illa rara,
vtut mitis adſit, magni nihiloseciùs interest
eiusdem processum metiri. Nos proptereá tri-

K k

pli-

I.J.
Differen-
tia

plicem, aut quadruplicem ad immitationem *Fernelij* stabilimus eiusdem differentiam. Prima est, quum Os (ab hoc enim semper incipiendum ob tolliès vulgatum illum consensum *Arui genitalis* cum eodem Ore: de quo consensu satis plura alij, nominatim *Septalius*, *Spigelius*, *Sachsius*; cuiusque rationem, missis armonijs omnibus & proportionibus, nos ad fabacearum glandularum utriusque partis uniformitatem definitiuè ablegauimus) quum, inquam, Os excoriari incipit; Gurgulio producitur, vnaque extenuatur; crescit Sputatio; Mariscæ in *Podice*, Exanthema-ta quædam & maculæ, aut paruæ Pustulæ in aliqua corporis regione consurgunt. Tunc enim primitus coalescente Lympha Serum in remotiores prouincias decedere incipit. Alter gradus est, in quo præter *Vterum* (qui in Fœminis, ut & Os, antè alia vexari solet) Mammæ durescunt; Scapulæ & brachia quasi torpescere videntur; Dorsum Rhumatismus occupat; Scabies & granula pruriginosa multiplicantur coeuntque Herpetis in modum; Dolores in Artibus persentiuntur; Pili decidunt; Emicrania Synciput infestat; Vox raucescit; Spiritus foetet; Nasus decurtatur, atque intrinsecus cariatur. Siquidem in hoc virulen-

rulenta salia, quæ in sanguine percrebuerunt
(ex adiunctione aliorum in sibi similia con-
versorum) à præfato sero iam vniuersim cir-
cumducuntur. Tertiūs est, quando Musculi
oppidò rigescunt, ijdemque dirè torquentur
Nodis percelluntur: quùm, inquam, Gan-
glia in iuncturis, Tophi in Fronte apparent;
Strumæ, Parotides, Bubones erumpunt: VI-
cera dolosa in Gulâ, Palato, *Pudendo* & vni-
uersa Corporis mole propullulant, siuè, Ver-
ruce in eadem parte & schirrofa tubercula iu-
xtà Ossa exoriuntur; quùm denique omnia
redundant sanie, præsertim *Ceruix* Vteri ac
Mammę, quibus etiàm cancer accedit. Quip-
pè in hoc statu lympha sanguinis proximè
coagulata, balsamicum sulphur exæsum, re-
liqua eiusdem massæ elementa diuisa. Quar-
tus demùm est, in quo dicta omnia ad acmin
peruenere, Tussi, Anhelitu, Macie, Febre
hecticâ in superpondium irrepentibus, vt &
Vlceribus cachoeticis & vix ad cicatricem per-
uenientibus, Uigilijs, Convulsionibus, dia-
rrhoeis, ac tandem Morte. Et plane, eadem lym-
phâ omnino condensatâ quid, nisi virulenta
amurca nutrimenti loco sit? Interim verò con-
gestis circà Cor polypis duriusculis ex illâ; cir-
câ reliqua autem nigerrimis fœcibus ex san-
guine sphacelato Corpus alimonia priuatum,

vitâ etiâm destituatur opportet . Tâmque hi sunt per quos gradus in Lue *Venerea* ad mortem accessus est, nec tâm in *Legitima*, quâm & in *Spuria*, & in *Hereditaria*, saluis duntaxat differentijs, quas intèr ambas istas Luis species & *Legitimam* illam intercedere iàm suprà denotavimus.

III.
Diagno-
sis;

Ex talibus itèm differentijs discernuntur facilè eèdem luis species intèr se . Nàm si lenta, si blanda sit Lues, & vel lenissimis *Antiueneris* obsequatur, *Spuria* censenda venit: *Hereditaria* verò quotiescùnque citrà apparen-tem causam Infans in morbos incidit, qui lym-phae argvunt condensationem ; videlicèt rur-sùs triplicem nos statuimus *Hereditariam* Luë Prima est, quùm Puer prèmaturè nascitur, videturque ruber, veluti excoriatus, decoctus, & citó demùm vergit ad interitum. Hanc enim nouimus à Matre deriuari, quæ plusquam Fœtum in Vtero, Morbum *Gallicum* in vasis incubauerit. Altera est, quæ mi-trior ab eadem genitrice infecta quidèm pro-uenit, sed non eâ infectione, quæ obseruatur in Lue *Legitima* detentis, idest non itâ fixâ: laborauerit nimirûm Mater gonorrhœa, sed quam à Coniuge, non verò cum pluribus libi-dinando contraxerit. Quamobrèm Infans in-

eo

eo casu statu quidem tempore oritur; ast intrà pauca nihilominus Rhagadibus deprehendi-
tur, & Fissuris, & Aphtis, & Tabe; quibus ni
tempestiuè succurras, biennium, triennium,
aut quadriennium vix attingit, pro maiori
videlicet aut minori virus energia. Ultima
est, quæ à Nutrice & Patre dimanat: sed ex
priori repentina atque euidentes fiunt morbi,
causam facile indicantes; ex posteriori verò
occulti, & qui non nisi tractu temporis, cum
aliarum affectionum larua se manifestant.
Trium interim eiusmodi Specierum, *Legi-
time, Spuriæ ac Hæreditariae* Luis incommo-
da verè prò talibus haberi possunt, quoties-
cunque non diuisim, est vnâ fartim, ammu-
satim superueniunt. Cæterò quippè plura ex
ijsdem cum Hypocondriacis, aut Scorbuti-
cis confundi solent: imò in regionibus sep-
tentrionalibus orisque maritimis [vbi Ende-
mius, familiaris ac veluti vernaculus est] Scor-
butus inueteratus & grauior luem *Venereum*
ità aliquandò mentitur, vt ægerrimè Medi-
cus & sibi & quærentibus fidere possit. Nam
Bubones & furunculi sæpè *genitalia* aut eo-
rum viciniam infestant; haud rarò quoque
infert exulcerationes linguae, gingiuarum,
palati, cariem maxillarum & complura alia,

quę Symptomata 49. numero supputauit *Eugalenus*. Quanquam quod Bubones; differunt *Gallici* à Scorbucis, quod in illis apertis materia pinguis reperitur, quale nihil in istis Scorbucis apparet. Prætereà tumores scorbucic sequuntur vitam calamitosam, *Gallici* luxuriosam. Uideatur hac de re idem *Eugalenus*. Quod autem reliqua, incipientem scorbutum (loquar cum *Sennerto*) eiusque prima quasi rudimenta produnt lassitudo spontanea, in abdome & cruribus gravitatis sensus, Crurum debilitas & dolor obtusus, Pectoris angustia ac respiratio difficilis, que sensim percrebrescut. Lues autem Venerea in Ore, Cute, Articulis breui se manifestat: ægroti constant viribus, benè respirant &c. Prætereà in Scorbuto accidunt Ventris, Hypocondriorum, Lumborum, Dentium dolores, Vomitus & ructus, lypothimiae, Febres erraticæ, omniuarię hæmorrhagię, horror, tremor, stupor, tristitia, memoriæ defectus, paralysis &c: quæ in Lue *Venerea* rarò contingunt. Denique, post anteactæ vitæ scientiam, tutior Luem à Scorbuto cognoscendi modus erit mente recolere processum eiusdem Luis, quem tradidimus. De malo Hypocondriaco res est clara: tantum innuam respectu vtriusque huius morbi, Hy-

po-

pocondriæ scilicet , ac Scorbuti , assimilari
hos valdoperè Lui *Venerea*, quòd ab eādem
causa pendeant , idest à lymphæ in sanguine
condensatione , quę minor est in affectu
Hypocondriaco , maior in Scorbuto , & ma-
xima in morbo *Gallico* , pro ratione nimirūm
virus , à quo producitur . Superest ergò Lepra,
quæ nisi *Lues Venerea* est , certè nihil aliud est,
lepra , inquam *Arabum* nuncupata (quan-
doquidem altera Græcorum nihil dissidet à
Scabie fera) Fauent opinioni meæ hodierni
Luis Venereæ de scriptores : & ipse idem , dūm
Veterum monumenta reuoluo ac de Lepra
Tractatus lego , vel ab ipsis titulis Luem *Ve-
nereum* videor perlustrare . Sic ex *Montagna-*
na hec transcribi poterunt . *De Lepra propriè*
Elephantiacæ , cuius accidentia sunt *Casus pilorū*
barbae & *Superciliorum* , *Pustula per uniuersum*
corpus apparentes , *Asperitas* & *raucedo vocis*
Difficultas anhelitus , *Sitis immoderata* , *Ten-*
sio splenis , *Multitudo ventositatis in omnibus In-*
testinis & hoc ipsum est , quòd oblitus sum
indicare *paragraph. super.* vidisse nimirūm ,
me *Lue Venerea* extinctos habuisse *Intestina*
turgida , *vehementè inflata* ; quod ego in
Bilis exuberantiam pròptereā refundebam)
Fætor horribilis totius corporis , *defædatio cutis*

capi-

capitis, Corruptio coloris naturalis, Multitudo pustularum in facie, Alcoosa dispositio in ore, Pruritus in uniuerso fere corpore, Angustia partium nasi, Impotentia motus membrorum, Stupor eorumdem, Dispositio maculata seminis genitiui &c. Nàm quorsum hæc, nisi vt ostendatur, morbum Gallicum obsidione Neapolitana antiquiorem fuisse? & tamen neutrum creditum fuit hactenùs, habeturque sempèr tale malum à Carolo Rege inchoasse. Quicquid de his sit; protestati fuimus ab initio, nolle nos in has quæstiones descendere, apparetque satis ex Theoriâ Nostrâ quamobrém. Lues Venerea vel à Nannaco, vt aiunt, existere debuerit. Hinc Antiquissimus ille Polysthor Herodotus refert ob depeculatū in Palestina Veneris Vraniæ Fanum Spoliatoribus prolibusque à Dea morbum fuisse immissum Theliam, idest Pudendi defluxionem; quam verius ex consuetudine cum scortis illic sacra facientibus contractam arbitror, planè vt in castris ad Neapolim. Narrat deinde Iustinus de Agatocle Siciliæ Tyranno, quòd formà, & corporis pulchritudine egregius, cùm diù vitam stupri patientia tolerasset, annos postea pubertatis egressus libidinem à maribus ad fœminas transtulisset, tandem morbo

bo correptus fuit, quo toto corpore comprehensus [sunt illius verba] per omnes neruos articulosque pestifero humore grassante, velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur. Et de facto Pudendorum morbos nullo non tempore extitisse docent ipsae met Sacrae Paginae: docent & passim Historicorum monumenta. De Appione Alexandrino, V.g. narrat Joseph Flavius, quod necessariò circumcisò circa genitalia, vulnera ei facta nihil profuerunt, & pueris in magnis doloribus exspirauit, quasi nimirum Phymose, aut Paraphymose laborasset in poenam odi & calumniarum, quibus idem Appion (præfati Historici dicto) in Circuncisos suos ferri pro more habuerat. Item de Galerio Maximiano refert Eusebius, peremptum illum ab ulcere in quadam parte (reticenda nempe quià pudenda) sordido, maligno, depascente, quod usque ad Intestina penetrauerit, ac rursùm ita fatido, ut plures Medici edicto occisi sint, quod nequiuenterint tolerare (fœtorem audi Bubonis Venerei exulcerati) Sed missis Historiographis adducendi hic potius essent Medici, qui verbo tenus Pudendagram cōnotarunt: intér quos Salicetus [Author fere 500.annorum] titulum hunc apposuit Cap. 18. suæ Chirurgiæ: *De pustulis albis & scissuris & corruptionibus qua-*

funt in Virga & circà Præpucium proptèr coitum cum Meretrice vel fæda , vel alia causa . Gordonius paritér Cap. 5. Libelli sui inscriperat , de Passionibus Virgæ : adducendi , inquam , etiàm alij adhuc vetustiores , nempe Hippocrates , Celsus Galenus , Plinius , Auicenna , è quorum diuersis scriptis Pudendorum morbi colligi affatim possent ; verùm quoniàm id ab alijs iàm præstitum est , præcipue ab Authoribus Gallis [fortassè vt odiosum ipsis Gallici morbi nomen auerterent ac confutarent] manum contraham , & Chirurgos duntaxat antiquissimos inducam saltim eum in finem , ne Theoreticæ nostræ theses ab aliquo in dubium reuocentur . Rogerius igitùr , qui , post interdictam ab Auicenna Principe Medicis marua- litèr operandi Artem , primus Chirurgorū fuit Guidone teste , medicamentum adhibuit ad Verrucas , Pustulas , Cancrum & Fistulas Virilis membris ; ad Inflammationem itèm & excoriationem Testiculorum : vbi subiit risisse , vt legi commendare ipsum in curatione Lepræ indè natæ post vsum Stuphæ Testium abscissionem , fortè nempe sic morbi originem ostendens . Rulandus deindè in omnibus Rogerium secutus adiecit Tractatum de Cancro in na- so & Reliquis partibus Oris , de corrosione Gingi-

Gingiuarum earumque separatione á dentibus; scripsit insupèr Tractatum de Bubone, *Inguinis*, quem qui legerit non poterit nondicere, quòd Bubo illius sæculi nihil à nostro, post obsidionem scilicet Neapolitanam animaduerso, dissentit: *Rulando* successit *Brunus Longobrugensis*, qui egit de Clauo, Formica, Porris & Verrucis, quæ tūm *Preputio*, tūm alys *Virgæ* partibus contingunt. Emicuit postea *Theodoricus*, à quo *Ani Mariscas*, Nodos Capitis, & Gummata præterea inuenimus adnotata. Nec pergam voluere Textus insequentium *Chirurgorum* præsertim ac *Medicorum*: *Valesci de Taranta*, *Lanfranci*, *Bertapaglia*, & *Guidonis de Cauliaco* Authoris nouissimi, & qui tamen plus vno sæculo vixit ante *Carolum Regem*; qui singuli de *Pudendorum* morbis ex professo egerunt: vt rò, meo videri, sufficientibus illis vetustioribus ut ostendatur siue hos morbos, siue Luem *Veneream* longè antè annum 1494. incæpisse. Et profectò fuerunt (inquit *Sinapius*) à primis usque sœulis Meretrices, Prostribula, Lupanaria Fœmina menstruata, impuri concubitus, luxuria seu immoderatus Veneris usus: fuit item id, quod inculpatum temperamentum malencholicum, Saturninum dicunt, humores falsi, acidi, faculen-

ti, tartarei &c., quorum effectus non adeo recen-
tes esse debuerunt. Sed occasionem (addit) fal-
se huius denominationis [Morbi nimirùm Gal-
lici, aliàs Neapolitani, Hispanici, Indici, miror
cur Italìs non etiam Bauarici aut Suedici; à flu-
xu nempè Oris & sudore, quibus curari solet]
Et opinionis de Pudendorum affectibus ortam esse
iudico ex defectu typi & librorum Authorumque
vetustiorum. Cum enim parùm aut nihil nobis cō-
stet quales morbi, quales curæ sacerulis ante nos tri-
bus, quatuor, quinque, sex &c fuerint, hinc poterat
idem morbus qui in castra Gallorum tunc tempo-
ris ad Neapolim est propagatus longo tempore
semper fuisse & extitisse. Sed satis extra oleas
Quod igitur propositum, an videlicet Lues Ve-
nerea idem sit cum Lepra Antiquorum, lega-
tur duntaxat examen Leprosorum à Guidone
prefato descriptum; Medicus [inquit] debet im-
primis interrogare de his, quæ disponunt ad Leprā;
Si ipse habet aliquid, ut si ipse est de genere Lepro-
sorum, aut si est conuersatus cum eis, & quales
agritudines consueuerunt pati. Deinde inquirat
cum notis ipsorum & cum ipsis de astretia & mo-
ribus ipsorum, & somnijs, desiderijs ipsorum, &
si sentiunt acuitatem, ardorem & puncturas in
carne: deinde tangat pulsus [quem vel anteà
dixerat esse debilem] & consideret aspectum; se-
cundum

cundū, Supercilia, si sint depilata, si sunt inflata Tuberosa: de naso, si est tortus, ulceratus intus; de Auroribus, si rotundantur & curtantur: de Voce, si loquitur rauce & cum Naribus; de Labijs & Lingua, si sanguinantur & ulcerantur, & si habeant granā: si anhelitus sit difficilis & fætidus, & si eius Forma sit diuersa & horribilis. Deinde faciat ipsum expoliare & consideret imprimis Colorem totius Corporis, si est tenebrosus & morpheus; poste à substantiam carnis, si est dura, aspera, tuberosa-
presertim circà Iuncturas & Extremitates, &
si est Scabiosus, serpiginosus & Ulcerosus: si corium eius crispatur, ut Anseris; si musculi sunt consumpti: si patitur dormitationem in membris &c. Hæc ex Guidone citato: quæ si cum Accidentibus Luem Venereum concomitantibus conferas, non magis aquam aquæ similem dices, aut ouum ouo [iuxta proverbum] quam Morbum Gallicum huic Lepræ. Enim verò, dum Prisci hanc in Alopeciam, Elephantiasim, Leontiasim, Theriasim diuidere voluerunt; & rursus istarum Symptomata in Serpiginem, Impetiginem, Vitiliginem, Saphat, Baaras, Albaras, Scabiem, Morphæam, Lichenem [quod malum Simphorianus Champerius contendit acriter fuisse ipsum purū putum Gallicū morbum, quidquid ex alia parte negent id]

Leonicenus, Fuchsius & alij] dūmque istarum singulas adhuc in plures alias ægritudines subdiviserunt, distraxerunt, siue confuderunt, ad extreum nil, nisi nudo nomine Lepræ relicto, Neoterici porrò collectionem eiusmodi morborum in castris ad Neapolim demirati non amplius veterem, verum potius infirmitatem arbitrati nouam, novum propterea morbum novo nomine dignari voluerunt; sicque pro Lepra Lues Venerea nata est.

IV.
Prognos:

Quod prognosin: sperauerat *Fracastorius* Luem hanc, ut supradicta (neque enim post inuentum Luis *Venerea* nomen, alia porrò Lepræ, Serpiginis, Elephantiasis &c. ad aures crebrò peruererunt) suum finem denique habituram; cecinitque iamdiu nēniam hoc carmine.

(annis)

*Nāque iterūm, cūm fata dabunt, labentibus
Tempus erit, dūm nocte atra sopita iacebit
Interitu. —*

Verum *Sennerto* dolente, spes illa ipsum plurimūm fefellit: cùm iam ultra 300. annos sub tali titulo durauerit, nihilque etiam de atrocia sua remiserit. Aliundè potius spes eiusmodi aucupanda venit, ex *Pharmaceuticis & Diæticis*. Hinc cœli clementia V. g. idest aer

aer calidus & humidus (antiquo verbo) ut Marinus, multum iuuat. Sic nempè Fallopius: *crebra est mercatura Gallici Venetijs; sed aer saluberrimus est, secūs oppoteret relinquere locum inhabitatum, & aliundè nouos colonos expiscari.* Pater proindè morbum hunc in calidis regionibus minùs sœuire, quàm in frigidis; atque Indos iccircò, quibus idem Endemius & vernaculus est, cum ipso ad extremum usque senium perdurare. Insuper; febris *Lui Venerea* superueniens morbum soluit. Testatur hoc continua experientia; atque ipse imprimis rarò febrem *Pudendagricis* contigisse aduerti [vt & eosdem Pestilè nunquam subiacere autumant *Paræus*, *Diamerbræckius* alijque, passim: imò, vel si Bubone *Inguinis* duntaxat, alioue morbo in *Pudendis* anteà correpti fuerint) quibuscunq; verò ipsam accidisse noui salutarem sempèr comperi, & ni adsummum virus alicubi fixum hæsisset, vt in Oïsibus, quæ carie afficerentur &c. Prostat huius rei exemplum apud *Nicolaum Massam: Audiu;* rescribit ità ad Appollonium suum) *Historiam Ivuenis laborantis Morbogallico: qui haud dudum infectus fuit ità quod novus morbus proculdubio erat: quanquam dolores vehementissimi eum per uniuersum molestabant corpus, qui*

*obseruat.**artus*

artus omnes & caput etiam comprehendebant ut
 minime nocte dormiret, aderatque faucium &
 glula exulceratio non parua: cui iuueni superue-
 niente tertiana febre ex pharmaco leui, quod illi
 exhibuisti: quarto die non tantum ab ipsa febre, sed
 à doloribus omnibus gutturisque exulceratione li-
 beratus fuit, ac ita incolumnis factus est, ac si
 nūquām aliquid malipassus esset &c. Et ego equi-
 dém sanatæ Luis nullum certius habeo indi-
 cium ipsa febre, quę vsum pharmacorum ex-
 ceperit, itá nimirūm, vt quūm ægrum Ephe-
 merā aliquā laborantem inuenio statim de-
 nunciem ipsum á Lue integrè coualuisse.
 Quód verò Syphili rarò febricitent, nec pestem
 contrahant, hęc ratio est; quià acidum Ve-
 nereum est ità fixum, vt aliis cuiusuis inspi-
 rati miasmatis impressioni resistat. Atque
 hinc profectò oritur difficultas ab eodem per-
 fectè eluctandi. Ut enim affabré curati, egri
 nihilominùs səpè in pristinum malum rela-
 buntur. Difficilè paritè inficta in eos vul-
 nera consolidantur: quin imo exasperantur
 & cancrofa fiunt vt plurimum, Venereo nem-
 pè acidò Balsamicum quodlibet deuorante,
 & sic ceū sannā posticā Chirurgi operam elu-
 dente. Cœterò, quod Luis Species; planum
 est intér ipsas pessimam esse Legitimam, hoc
 est

est primam: intèr verò istius gradus, truculentissimum esse vltimum. Notaui tamen, cùm in his gradibus, tùm speciebus, quotquot Scabie, pustulis, siuè crustis scatuissent, quę siuè arentes facile decidebant squammrum instár, siuè humidæ Cuti adhærescebant, omnes nec tophos, neque aliam huiusmodi excrescentiam pertulisse: et vicissim, qui his subijciebantur rarò scabie fuisse tentatos. Sed isti doloribus capitis & Iuncturarum insupèr erant afflicti; illi, non ità molestè; foras videlicèt versâ materiâ. Et iuxtà memoratos gradus; tene Supremum illum nullam admittere curationem, benè autèm tertium, & facillimè omnium alterum, imò primum; adeò quòd in hoc morbo, vt & plerisque, salus in celeritate consistat, periculum in morâ. *Spuriam* quod attinet: Mulieribus hęc sempèr infesta, nisi fortassè gonorrhœa teneātur. Quippè sic, imminuto per eiusmodi quasi Salivationem viru *Venereo*, non itá periclitantur, ac si tali diuerticulo, siuè colliquario carerent. Obseruaui iccirco complures à Maritis infectas, & quæ tamen fluxum illum non patiebantur, conuocatis posteà atrocissimis febribus, Tumoribus, Cephalagijs diem clausisse & cum Intestinorum, aliorumque

Viscerum doloribus immanissimis, ex fermentatione videlicet, quam virus in sanguine accenderat. Nonnullae insuper Mammarum Schirro, Vlcere Vteri cancroso, Ovariorum Tumore laborabant adiectâ Femorum & Crurum gracilescens nimiâ, & quarû præsertim Genua OEdematosus tumor occupauerat. Aliæ tandem morbum *Gallicum* nocte sunt *Legitimo* parem: quanquam Pustulis non ita crebris Fœminæ stipari solent, ac Viri, at viceribus tamèn copiosioribus veniam istam. *Veneri*, veluti cum fænore persoluunt. Uæ præ cœteris nihilominùs prægnâtibus & nutriti-entibus [vt *Sacræ* ferunt *Literæ*] illæ siquidem indubitate abortiunt plerumque, inque aborsu de vita periclitantur; hæ iusto citius in Tabem incidunt. Cœteró, quod Gonorrhœam muliebrem: hanc iamdudum immedicablem statuimus addendum nunc, non referre vtrū Vetulam deprehenderit, an Juuenculam. Nupér ettenim talem Gonorrhœam aduerti in puella 6. annorum, quam Conductor quidam inire frustrâ tentauerat, remedijs quibusuis non obstantibus adhuc perseuerare. Sed hoc in eum finem duntaxat. vt colligas etiam hinc fundamenta Theoriæ nostræ, vbi nempé ostendimus non Vterum, sed eiusdem *Cervicem*

pri-

primariò infici in Gonorrhœa muliebre: ac
præterea, Virile sperma analogum esse humo-
ri glandularum *Vaginalium*. Ettenim, si nec
introducto *Pene* [vt constitit ex Iudicali Vi-
sitatione] à corrupto semine, quod *exterius*
Vteri *Orificium* tantum irrumauerat, Gon-
orrhœa illa vera & verè virulenta (vti ex co-
lore & consistentiâ dignoscetur) haberi po-
tuit, quidni dicemus è tali homogeneous
id prouenire debuisse; & cùm in eiusmodi puel-
la partes tam organicè quā inorganicè admo-
dum tenelle essent, adeoque cuiusuis alteratio-
nis susceptibles: Nàmque hoc rursus in aduer-
sarijs habeo, mulieres, quò iuniores, eò facilius
infici, vel alterari. Postremò quòd *Heredita-*
riam attinet Luem: magis insidiosa est quæ à
Patre, quām quæ à Matre influxit, vel à Nutri-
ce. Quandoquidē vtraque hęc celeriter se ma-
nifestat, illa verò non ita. Ut uerò (loquar
cum *Terentio*) quod *audio vulgo dici*, *Dies*
adimit agritudinem hominibus, sic dirior cen-
senda Lues, quæ velocius accurrit. Hinc nati
quilibet macri, graciles, excoriati, rubentes
&c. ortum occasu ipso funestant: non ita citò,
quorum Lues minus manifesta est; ac tardif-
simè omnium, qui non sincero semine fue-
rint procreati. Seró quippè hi, imò aliquan-

Obseruat.

dò nunquam originem *Venereum* ollent conuerso viru in aliorum morborum seminaria, & quæ tandem nonnisi per *Antiuenea* euacuari postulant; in quorum censu sunt Arthritides, Epilepsia, Affectus Scorbutici, Hypocondriaci, Herpetes, & si que sunt alia. Interim, quandounque eò ventum fuerit (audi in qualibet Luis specie) ut Esuries propè canina, Languor, Febricula, maximè verò Diarrhoea & partium quedam alsiositas, quæ identidem recurrat, & remissio denique partium membranosarum obseruentur, tenendum, instare Lethum, & quod

Nec vis Herculea fatum evitabit acerbum cum Homero.

§ 4

J.
Luis Ve-
neræ Le-
gitime

CArdo rerum itaque in hoc vertitur, ne rubelli sanguinis globuli ab acido *Venero* perstringantur: in quo casu actum de Vitâ. Dùm verò eiusdem vis adhuc hæret in Lymphâ (quam nempè veluti vinculum esse adspeximus reliquorum principiorum massæ sanguineæ] considerandum, tenellum-ne sit, an firmum ipsius coagulum, habitu nimis respectu ad signa, id est ad morbos ab eiusmodi coagulatione resultantes iuxta quadrum pli-

plicem illum Luis *Venerea* gradum , quem des-
signauimus . Et si adeò eiusdem lymphæ fi-
lamenta in tenuem quendam cremorem sol-
ummodò abierint , sufficiunt , quæcunque istum
excutere , raras veneni copias dissipare apta
sunt , imprimis falso acria cùm fixa , tūni vo-
latilia , quorum , efficaciam in eiusmodi sta-
tu nemo non est expertus : suntque è priori-
bus omnia ex Esulâ , vt Scammoniata ; dein-
dè Colocynthis , Jalappa , Heileborum , atque
ex his parata Electuaria , Confectio hamech.
trocisch. alkandal. &c. In formâ liquida si
exposcas

Rx. fol. sen. 3 j; rhabarb. ellect. 3 j s. Infund. per
noct. in vin. alb. 11b j. Cotat. dissolu syrup. ro-
sat. 3. s. , confect. hamech. 3 v. f. p. pro 3. dos
quarum p. cap. hor. 1. matur. Alteram hor.
2. deindè intericto iuscule sumat ultimam
hor. 5.

Cöeterà tām hæc potio , quām boli , aut pilu-
læ purgantes (quas vnusquisque sibi pro tem-
porum ac temperamentorum diuersâ ratione
fingere , ac variare poterit) alternis diebus
repetendæ sunt , ter , aut quater , aut , usque
quod uisum fuerit sanguinem conuenienter
satis fuisse agitatum . In quo casu locum
deindè habent volatilia , seu *Diaphoretica*.

M m 3

Rx. mi-

Rx. mithridat. 3j. laudan opiat 2j. M., uel solut. in aq. scabios. & paucacinamom. f. p C. h. s. (uti hoc antidotis illis narcoticis, inquit hac occasione Platerus præsertim si admistione narcotica ipsorum vis augeatur, exhibitis euenire solere, theriacamque & mithridatum opio dempto sudores minimè mouere alibi docuimus).

Tale *Diaphoreticum* usurpare ego soleo tūm alias ad compescendos dolores maximè nocturnos, tūm imprimis post cocopiosas deiectiones ad humorum præcipitationem, maioremque fixationem (quæ contingit sero sanguinis liberalius euacuato] suspendendam . Seorsūm purgationem, quoniām *Diaphoreticorum* diuturnus usus esse debet , elligenda iccīrcō magis balsamica , vt ligna quatuor exotica, idest radix chinæ, lignum guaiacinum , Sassafras & sarsaparilla quæ porrò sulphur sanguini conciliare solent ; & prettereà , quià mediante hoc sulphure (illi scilicet , vndē lympha est , homogeneo) se se facile in istud sanguinis elementum insinuant , maiorem iccīrcō agitationem cident in hoc succo , adeòque & *Diaphoresin* , aut *diuresim* ubriorem . Qnippè , quand la sueur ne seroit pas bien copieuse (subintrat hic *de S. Romain*),

que

que cela ne vos inquiete point: le succes ne,, laissera pas d'etre heureux par le moyen des,, ejections & des vrines abondantes & epa-,,, isses, ainsi qu'on pourra voir dans le pot de,, chambre, lesquelles supleront au defaut des,, sueurs. Jàm verò qualis esse debeat admini- stratio eiusmodi lignorum tåm clarè ab alijs videtur indicatum , vt in hoc longius lecto- rem distinere ducam in anathema . Moneo solummodo, quòd in tali administratione hę- rendum nequaquam est in solâ sudorum ex- spectatione; verùm in lymphæ penetratione potiùs, atque in virulentorum salium lique- factione, quę proptèr analogiam supradictam contingere consueuerunt ex apozematū v̄su, quæ ex lignis memoratis constiterint; ac pro- pterea in tali casu respiciendum potiùs ad vrinas atque ad excrementa aluina , quam ad *Diaphoresin* prefatam. Quamobrem inter- miscenda sempér *Purgantia Diaphoreticis*, vt & quod ab his prēstitum fuerit , ab illis ex- pediatur, hoc est eliquatio , inuersio & vene- nati miasmati eliminatio . Rapimur deindè ad alterum Luis *Venerea* gradum. Hic eadem quæ suprà , conueniunt, sed fortius, atque importuniùs exhibita (intelligo *Purgantia*, nám *Diaphoretica* non sunt *Antivenerea*; nec nisi

nisi viam etherogeneis salibus in *cathartico* latentibus sternere solent, ut ex dictis colligi potest]. Urgenda proinde illa, vtque ad usum decoctorum sudorificorum deueniendum fuerit, præscribentur hoc pacto.

Rx. lign. sanct. rasp. Et cortic. eiusdem 3 ij. sal. separil. 3 R. fol. sen. oriental. 3 iiij. hermodactyl. 3 j; C.C. limat. sem. anis. cinamom. elect. a 3 ij. inf. in tb vj. vin. alb. per triduum in vas. ureat. bene lutat. sup. cin. calid. Coq. deinde ad 3. part. consumpt. Colat. add. sal. guaiac. 3. j. f. apozem., de quo cap. ager M. Et vesp. 3. v. hor. 3. ant. past.

Hoc remedio [verba sunt *Foresti* de apozemate purgante] consumuntur dolores, ulcera persanantur, resoluuntur citra inunctionem pustulae, gummositates, nodi sic, ut neque topicis medicamentis, neque *Chirurgia* & locus ullus relinquatur. Refert quoque idem Author circa hanc rem obseruationes *Augerij*; quem usque ad citata verba elogio prosecutus fuerat, inducitque haec: Noui ego (inquit idem Augerius) qui idem effecerunt decocto buglossi triginta diebus uentes, Et septimo quoque die superfluitates expurgantes cum cassia nunc sola, nunc adiecta confectione hamech: Aliy absynthy Et mercurialis decocto usi sunt; Aly bis, aut ter in hebdomada purgationi-

tionibus utentes tricesimo die sanitati restituti sūt:
aly bis, aut ter idem facientes &c. Vnde liquet,
facultatem eludendi virus Venereum non Su-
dorificis, ast Purgantibus concessam esse. Quod si
nihilominus tam frequentē purgare non li-
bet, iungendum erit *Diaphoreticis* Antimo-
nium crudum; quod ratione salium alcalico-
fixorum rectius obsistere videtur veneno præ-
dicto, & cùm Mercurium eminentē contineat.
Modus adhibendi in decoctis tam notus est,
quām, quod notiss.: dabo nihilominus exempl.

*Rx. radic. Chin. & sals. parill. minut. incis. à
3. ij, lign. guaiac. & sassafras contus à 3. j. s.,
antiimon. crud. crassifolè triti & in nodul.
suspens. 3. j, Inf. sup. ciner. calid. per 24. hor.
in vin. alb. #. vj. Coq. deind. ad. 3. part. con-
sumpt. Colat. cap. ter in diem, mane scili-
cet, aprandio, & ant. decub. continuand. do-
nec. &c.*

*Rx. lign. sanct. contus. & sals. parill. minut.
incis. à 3. j., antim. crud. in nod. suspens. 3. j
Inf. sup. cin. calid. per. 24. hor. in aq. font.
#. vj. Coq. deind., vt supra. Colat. utatur
pro pot. ord.*

Cœterō vinū nos adhibemus in decoctis par-
tim ratione tincturæ, quæ cum eodem me-
lius extrahitur; partim ratione stomachi, qui

à purgantibus eneruatus metū incutit, ne accidentibus posteà cruditatibus ex aquā, dispepsis fiat, aut aliis morbus hanc sequi solitus; partim denique ratione sanguinis, qui vino fortius exagitatur. Iamque hisce remedijs curari posse Luem *Venereum* in primo, aut secundo gradu constitutam à nemine in dubium reuocari debet; apparentque hoc satis tam ex Scriptis eorum, qui antè *Carpium* saliuationis Inuentorem de Lue *Venerea* meminerunt, quām ex Observationibus insequentium Authorum, in specie *Zacuti*, *Plateri*, *Borelli*, *Riuerij*, *Timai*, prætèr *Forestum* & *Augerium* prefatos. Vndè qui hodiē libros inscribunt, *Methodus curandi Luem Venereum absque saluatione*, & *Mercurio*, nihil noui afferunt; cùm talis morbus, si recens sit, non egeat isto: Si autem vetus, siue ad tertium gradum per uenerit, vti mediantibus *Catharticis* & *sudorificis* sanari respuit, ita *Mercurio* tantum palmarum cedit. Per magni ergò refert stationes hasce morbi percunctari, & ne in curatione saltim, *Entia* (quod aiunt Scholastici) absque necessitate reduplicentur. Interim, si tertium gradum prædictum iam concenderit ista Lues, longè fortiore cuneo opus est, vt enodetur. Confueuere propterea Practici post

post vsum decoctorum ad Sudatoria deuenire, intèrque concremandum eadem apoze-mata propinare. *Concremandum*, inquam: ne-que enim heic me continere possum, quin re-petam quod de talibus fornacibus aut Stu-phis iamdiú scripseram ad Amicum, scilicet: Uideres homines ex fide potius Nebuloni cui-dam prestitâ, quám impudicitiae aliquando reos ibidem exitia sua cubare, gehennam ma-turare: videres, inquam, miseros incendio fla-grantes, assos ac ferè tostos clamores edere in-gentes, ciulare, suspirare, gemere velut ex Barathro; & nihilominus tamen non audiun-tur, satellibusque, seù lictoribus ac tortoribus laus summa est non esse clementem: Nec pre-ces nimirùm, nec vota ivuant; longùm vstu-lari facinus, diù torqueri, victoria. Heù pi-etas! ast istud adhuc iucundi est: quòd, postquā te triduò torserint, si perseverandum est, im-petrari supplicia debent, ne dicam magno pre-tio emi: secùs aduenturo Ministro aulico, Ma-gnati cui piam, aut, quēcumque demum com-miniscatur auarus Iatralipta, locus cedendus est; ac tu interim tantum non coctus abibis. profundendum iccircò, & quemadmodum corpus sudore, sic loculi pecuniâ emungendi. Maete tamen prodigalitate ista! hoc enim.

Obseruat.

dèm euicisti vt qui anteà pedestre indè recef-
sisses , expleto mense iàm efferri debes tabi-
dus , exsuctus , languidus , semianimis , tan-
quám cadauer , neque alia demùm mercimo-
nia onustus , nisi , quam antè incorpore gesta-
bas . Profectò vidi hos è stuphà ad xenodo-
chium continuò remeasse , & quibus nihil iàm
reliqui erat prætèr Animam : nec numerare
possum singulos , quos vel insanabiles redditos
noui , vel extinctos . Generalitér de omnibus ;
aduentabant squallidi , aridi , languidi , im-
becilles , siticulosi , famelici , queruli , sempèr
alsiosi : nonnulli , qui quadratæ staturæ ex-
titissent , faciei flatulentiam , membrorum
cachexiam , pectoris anxietatem , hypocon-
driorum distensionem , muscularum denique
inferioris ventris ligneam quasi indurationē
præferebant , & præsertim qui longiori tem-
pore talia hypocausta introijssent . Alij , qui-
bus vlcus *Præputium* , aut *Glandem* occuparat ,
non obstantibus etiám peculiaribus subsidijs
Jatraliptæ diobolaris , gangrænâ insupèr in
eadem parte affligebantur : Plerisque tan-
dèm Pulsus tenuissimus palpabatur , Mictio-
nes erant exiguae , Diarrhoea , Algor ac Mors
denique ingruebant . Iàmque exfectis fune-
ribus conspiciebam insignem Pulmonum ex-
tenua-

tenuationem, schirrosas cum Hepatis, tūm
Lienis obſtructiones, Bilis præternaturalem
[potiſſimūm in hoc morbo] parsimoniam,
nigredinem atque aduſtionem, lympham li-
quatā, atque ad intestina in lenticularem for-
mam deuolutam; poſtremò sanguinis vel dua-
bus abindē horis explorati ſpiſitudinem, fe-
culentiam & limositatem. Quibus ſpectatis
non potui non abhorre ab eiusmodi reme-
dio, melioremque Medicis in ſtuphā deter-
minandā mentem precari. Et fanè, quæ com-
pendia ex ſudore? Expressa hæc mera eſt ſe-
roſitas, ros ſanguinis extrorsum pulsus. Quæ
igitūr emolumenta ab eiusmodi expulfione,
niſi ad ſummūm quòque continget ex eâ,
ut virus pariter per cutis poros exprimeretur,
utque adeò lympha ſe ſe in priftinā affereret
libertatem? Cùm verò contrarium potius ac-
cidat in *Diaphoreſi*; & venenum illud in ſicco
relictum mole crescat, proindèque aptius euadat,
ut quūm iterūm dilutum atque in aſtum
fuerit exertum, peiora prioribus moliatur:
lympha itidēm glutinis formam nacta minūs
penetrabilis poſteà reddatur, reſtat ut in for-
ti iſtius crassamento (cuiusmodi nempè eſt
in tertio Luis ſatu) ex ſudoribus, nedūm ut
benè vertant, omnia verius pefſimè cedant;

Ettenim Sanguis sero depauperatus spissam ac fusæ pici consimillimam consistentiam inducit. quocircā non tām impar euadit secer-nendis recrementis, quām membris etiam, præ balsamicarum partium colliquatione & exhalatione, nutriendis. Hinc itāque fiunt Tabes: hinc Pulmonum extenuations, tuber-cula, excrescentiæ &c. hinc demūm Hepa-tis aliorumque viscerum tenacissimæ obstru-ctiones. Mitto præparationes in Stuphis, quē dūm diutiūs luduntur, ansam morbo dant, vt Tragædiam claudant irreparabilem. Quod mea: dicam, eorum, quotquot Hypocausta-curationis ergo frequentasse noui, neminem comperisse, qui exindè non totale exitium, vel nullum subsidium, vel si quid vtilitatis de-nique sibi compararit, id neque statim, ob virium deiectionem, nec subindè, ob morbi regressum degustare valuerit; si qui verò sub morbi initio benè se habuit, remi hoc aliud (vt adagio fertur) genus erat, & quod iuuamen ego non igni; verūm propinatis in Stupha, vt moris est, *Antiueneris* pharmaciais acceptum potiūs referendum duxi. Siue igitùr ab actua-li flammā pendeant sudationes, siue à poten-tiali, vt in vaporarijs, quorum alia Artifi-calia, vt ex spiritu vini: alia naturalia sunt puta

obseruat.

puta Puteolana, Luem *Venereum* illa radicā
litèr nunquām extirpant; benè autēm incu-
bant, atque interim ægritudines post se tra-
hunt, quibus interdūm mederi non possumus:
quemadmodūm videlicet factum nupèr est
Observatio
in Iuuene pristinario; qui cùm diú & benè su-
dasset, oculorum humores etiām sudauit, &
sic breui cæcitatem induxit. Extirpaturo ità-
que Luem, quæ tertium attigerit gradum
[itā nempè, vt lymphâ sanguinis à virù affa-
brè fixata sit] inuestigandum quod reme-
dium ex vna parte analogum sit illi lym-
phę, seù, quod in ipsius filamenta gliscere ac se
vbique in eādem insinuare valeat: ex aliā, al-
chalico-volatilibus suis particulis venenū pre-
fatum subuertat, mutet, eliminet. Vix autēm
dari posse censeo, quod vtramque hanc pagi-
nam impleturum sit, vno excepto *Mercurio*;
qui vti in Macrocosmo sulphuratis omnibus
se coniungit, auro nimirūm, argento ac coete-
ris metallis, sic in microcosmo sulphuri san-
guinario. Veruntamén vt analogia hæc in-
tèr lympham & *Mercurium* magis elucescat,
præstat de istius origine pauca præfari. *Mer-
curius*, qui & argentum viuum & hydrargy-
rum, Liquor est metallicus, albicans, homo-
geneus, omnium metallorum materia, ob
idque

idque panspermia metallica appellata . Vnde licet arguere , quod elementa hydrargyrum componentia sunt simplicissima : ipsum nempè sulphur metallare primum; cuius stamina per diutinas in terre mœandris filtrations cum elongari , tum complicari , idest elastica fieri didicerunt: Quamobrem congregata , atque à minerali aliquo corpore excepta in cincinnos denique transferint , siue in mercuriales glomos figurâ fluxiles , nec tamen vdos. Porrò è tali homogeneitate partiū pendet imprimis lœuor , qui vbique in superficie globulorum mercurialium externâ spectatur . Nam si nullum metallicum Ramentum secum abrepserint hamata illa , idest sulphurea filaments , tales globuli omnino perpoliti sint opportet ; ac tametsi aliquando emeticus , aut corrosiuus perhibetur *Mercurius* [id quod indicat aliarum partium in hoc ipso cōmixtionem] emesis tamen illa & corrosio non ab essentia hydrargyri sulphureâ verùm è minerâ , cui hęc infederit , repetenda venit , à matrice nimirūm minij , cinabaris , stibij , immo nonnunquam etiam arsenici , vt potè quod , iuxta *Kircherum* , ad alia metallica gradus est : et de facto tales *Mercurij* affectus non-

pacto *Mercurij* virtus ad intestinales glandulas determinari queat? Resp. *purgantia* sæpius exibendo. Ut enim istorum actione lympha sanguinis auocatur ad tales glandulas; ita *Mercurius*, qui lymphæ motum sequitur, *purgantium* ope trahitur ad eandem partem. Et de facto à *purgatione Salivationem* coereri omnibus in comperto est: quod me ducit Intestinales glandulas audiūs appeti à *Mercurio*, quàm Palatinas; nec deest ratio. Siquidèm maiorem lymphæ copiam excernunt ac præterea crassiores sunt, seù diametri maioris: Palatinę verò minusculæ minùs lymphę, quàm serositatis eructant. Obijcies nihilominùs, patere ex inunctione Mercuriali, quòd *Mercurius* saliuæ libentiùs nubit, quàm mucco Intestinali. Ad quod Resp. contingere hoc vt plurimum præmissis balneationibus, per quas introducto in corpus liberaliter sero hydrargyrum, quod deinde superuenit, illius undam sequendo ad serositatis potius, quàm ad lymphæ filtrum defertur, scilicet ad Palatum. Cœterò, missis Balneis, Inunctione illa Intestina potius vruntur, excruciantur, Diarrhoeam, vel Dissenteriam minantur &c. Junge quòd Exteriora Corporis cum Palato citius communicant, quàm cum

Intestinis, quorum vasa lymphatica à Meresaicis Vasculo-vessiculosis glandulis pendet. Ergo [inquiet aliquis] *Mercurium Purgantibus* maritabis! Resp: nequaquam: fore nempe sic, vt *Mercurio Intestinorum motibus obsequente minima ipsius pars intruderetur in venas*; præscribere me idcirco, & quidem in principio, *Cathartica etiam validissima*, qualia scilicet in superioribus adnotauimus: subinde autem, quum lympha sanguinis Intestina versus iam inclinata est, ijsdem rarius opus esse, quolibet nimirum triduo, aut quadruplo, ne forte eadem lympha aberret a tali motu, vtque virus identem euacuetur, & si præsertim *Mercurius* non fuerit hydrogagus. Coeterum, alio tempore, huic tantummodo lito. ab eo namque cum prædicti veneni subactio, tum grumorum sanguinis segregatio exspectanda. Quodsi nihilominus mali quidquam ex *Mercurio*, signumue aliquod *Salivationis* immineat, quoniام in eo casu appropriatis purgantibus vis illius sufficienter illuditur, in his adeò totus sum, eundem sic ab Ore, Capite, Neruis, Pectore, aut ab Intestinis arcessens: verum metu solutus *Mercurij usum pedentem resumo*; nec desisto, quoad aliud emergens alia suadeat. Hinc igitur

tùr alternando, & nūnc *Purgantium*, nūnc *Mercurij* doses augendo, minuendo, instando, suspendendo &c. eoūque procedo, vsquequòd visum est venenum omne etiā medullitus, vt aiunt, scrutatum fuisse. Fine enim tūnc curationi imposito, verius pausā factā, ad reliqua procedo, quæ venenum abluendo, triturando, volatilizando disperdere, ac sanguineam massam ad debitam consistentiam, crasimue reuocare idonea sunt, velut ad balnea, serum lactis, iuscula viperina &c. de quibus alij multa satis differuerunt. Iam verò notandum, quòd hoc modo instituta Luis cura intermitti, resumi, distribui, diuidi, aut continuari potest, pro Medici nimirùm prudentiâ, vigilantiâ & doctrinâ. Itèm, quòd si *Catharsi* longiús adhibita *Saluationem* posteà tentare libet, hoc continuo liberum est, imò proficuum aliquandò, in morbo scilicet consumaci; & si præterea è tām diutinā *Catharsi* Intestinorum læsio metuatur. In his quippè casibus sufficit *Purgantia* suspendas: quibus amotis, continuatoque *Mercurio*, *Saluatione* contingit, vt patet. Nota 3. quòd nec prægnantibus noxia esse potest cura prefata, modò *Mercurium* non nisi rarò & granulatim exhibeas: fore nāmque hinc, ne fœtus de Lue

de Lue periclitetur, vtque hac mulier ulterius non infestetur &c; quod tamen sperari à *Saluacione* non debet, vt quæ Grauidis omnino contraria quemadmodum & Menstruatibus, imò omnium maximè ijs, quibus menstrua defecerunt: non sic methodus nostra. Nàm *Mercurij dulcis* successum in obstructiōnibus quibuscunque nemo non nouit. 4. Nota iucundam esse talem curam. Siquidem præterquamquod remedijs expeditur minimè nauseosis ac parui sumptus, incommoda quoque non est. Videres scilicet *Ægrotos* vel innumeris plagis saucios in dies singulos veluti reiuuenescere, quotidiē minús de morbo conqueri, magis mundificari: videres, inquam, omnes munia sua alacriter prosequi, pocillari, in liberâ aurâ versari, nec de vlla cura suspicionem vel minimam alicui incutere. Adde 5. quod securitatem: non tam quolibet anni tempore tutam esse illam, scilicet methodum; Verùm ipsa, qualecumque etiam desperatam Luem caueri posse, *Mercurium* videlicet ita subministrando, ne uires defificant, interim expulso pedetentim morbo opus vigorose perficiendo: cùm è contrà methodus *Saluatoria* vti domina esse nequit Serui illius fugitiui nuncupati, ita Medicis

dici indicationibus in tali casu inseruire non
valeat. Ulterius per *Salivationem* non curan-
tur Syphili, quibus insint ossium caries, ulcera,
tophi, ac similia plura: nostra verò curādi nor-
ma siuè hęc, siuè illa ęquę delentur, & tametsi
nullū emplastrum admoueas. Norunt nostra-
tes imprimis Virum Illustissimum (quem, vt
& alios, quamuis minoris notæ, hic nomina-
re nefas est) habentem Laryngem prioresque
Asperæ Arteriæ cartilagines ità exulcerata-
tas, vt nec respirare, neque amplius loqui
posset; rursus ità excarnem, vt viuum sce-
leton repræsentaret ex Lue, quam iam à quin-
quennio perferebat [& tametsi omnē penè su-
pellectilem & pecuniam in Barbitonorum
manus effudisset] nostrā nihilominus (absit
iastantia verbo) industria tam bellé ac benè
conualuisse, vt nullum ne raucedinis quidem
incitamentum in eo relictum sit. Denique ip-
sum-met cancrum exulceratum cum vel mi-
nimâ Luis Venereæ suspicione[ettenim de
Marito duntaxat dubitatum erat) in Naso &
superiore Labio in Muliere quādam non ità pri-
dēm à nobis curatum vidit *D.lo.Dominicus Ca-*
ualla Chirurgus Astensis præstantissimus (&
quem vt potè mei obseruantissimum redhosti-
menti ergò hic nominare libuit) concepitque

spem exindè vlcus quodlibet vel malignissi-
mum , nostro , vt putat , Secreto sanatum
iri posse . *Secretum* , inquam , Nám postquam
casu factum est , vt in amplissima dignitate
constitutus Vir , cui ad medendam grauem
Cephalagiam nodis eiusdem Capitis aliarum-
que partium &c. stipatam ex *Pudendagra* ab
ineunte ætate contractâ accitus fueram , me
enixé rogasset , vt quandoquidem in longin-
quo degebat , tertio scilicet ab vrbe millia-
rio , nec famulitio vti poterat stantibus anni
tempestate , reique domesticæ necessitatibus,
mitterem sibi hebdomadatim quicquid tali
tempore infumendum foret : factâ iccirco re-
cepta , in qua singula ordine descriebantur
iuxta numerum dierum , quibus ijs vti op-
portebat , ipse è contra inuerso , ordine quæ
vltimò deuoranda erant primò loco assum-
psisset , & sic *Mercurij* dulcis doses aliquor
non præmissis præmittendis deglutiuiisset ex
desperatione (vt posteà fassus est . Sperau-
rat nempè doses , quas fortiores crediderat
malum svum citius alleuiaturas esse] tan-
dém attrocissimis Intestinorum doloribus cor-
reptus & Diarhœa & Gulę aliarumque
primarum viarum excoriationibus ex *mer-*
curio perperam sublimato [ipsum namque
im-

imperitus ac tūm mihi in Vrbe nouo nondūm
fatis perspectus Pharmacopæus emerat ex al-
ijs] è viuis ereptus fuisset duobus ab indē men-
sibus Medicorum, in eo certè casu minūs ver-
satorum diligentia quācumque adhibitā non
obstante[me scilicet p̄ò suspecto immeren-
tēr habito & minūs auscultato] postquam ,
inquam, hoc mihi euenit , propositum reno-
uaueram (id enim sacrum æternumque eōus-
que mihi fuerat , ex *Syluij omniumque Ob-*
seruatorum monitu : nec tūm etiām rescidif-
sem , nisi aut auaritiæ fortassis , aut liuoris in-
dictum Pharmacopolam notam vt potè nouus
Medicus incurreret timuisse) nolle scilicet al-
icui *Mercurium* administrare , nisi quē & meis
ipsius manibus parafsem , & ponderafsem , &
exhibuisssem. Quocircà solliciti Chirurgi , præ-
fertim *Astenses* , subodoratis per artem nostram
factis curationibus , vbiique apud Pharmaceuti-
cos Camomelanos meum , Panaceā meam , Se-
cretum meum audiē perquesierūt ignari quòd ,
iuxta *Gerbezium Secreta Medicorum sunt artifi-*
ciosa curandi methodus. Quam ideò methodum
quoniām ipsos edocere nequeo stantibus tot di-
uersitatibus sexvum , etatū , temperamentorū ,
anni temporum , morborum coniunctorum ,
symptomatū &c. quæ cognitu necessaria sunt ,
neque

neque explicatu facilia, parcāt curiosi Viri, ni
hic inueniant: Cum verò ista non calleant, mi-
ror Luem *Venereum* omnium ægritudinum
compendium, malum omniuarium, Prothei-
forme, curatu difficilimum Chirurgiæ concre-
ditum; miror, inquam, non tám Chirurgos,
quàm vel Barbitonsores, vel circumforaneos,
vel Obstetrics ipsas hanc Prouinciam sibi
adrogasse; et sic minorem stuporem esse ipfos
quę non inrelligunt, Secreta vocare! Meum
quod attinet *Mercurium*; purissimus hic est,
purgatissimus, cùm lymphæ sanguineæ spiri-
tu, tanquàm menstruo appropriato, sublima-
tus, & ritè essentificatus. Vbi licet aduer-
tere, *Mercurium* quó simpliciorem eó melio-
rem existere: cùmque Argentum viuvum apud
nos vsuenire non debeat, quód pondere suo
aluum semper petit, non verò quòd noxium
sit [contrarium nempè ostendentibus *Ægin-
eta*, *Auicenna*, *Mathiolo*, atqne è recentio-
ribus *Moinichen*, *Lanzono* &c.] propior pro-
indè cruditati querenda præparatio, adhoc
vt ex hac *Mercurius* minus amittat illius
analogiæ, quàm habet cum lymphâ san-
guinis præfata. Etsi itaque sublimatio, simpli-
cissima sit eiusdem alteratio, studendum ni-
hilominus, vt quæ ex eâ deperditur sulphu-
ris

nonnisi a prauâ eiusdem *mercurij* purgatione procedere testantur ferè omnes Chymici. E lœuore ad pondus. Ut enim lœuigata omnia & complanata corpora aeri ingressum inhibent, itâ maximè ponderare solent: conferatur *Boyleus*. Et præterea, cùm hydrargyrus staminibus politissimis conflatus, atque insuper aporodion, sine poris, sit, patet ratio, cùr de suo is nihil vnquam amittat, ægré pariter fixetur &c. Postremò, est etiàm indiuisibilis *Mercurius*, hoc est, ipsius partes, quamuis in diuersa abstractæ, se se nihilominus recolligunt sempèr, atque in vnum confluunt. Hanc indiuisibilitatem aliqui Sympathiæ cuidam attribuunt, ego defectui porositatum nupèr allegato. Ettenim, cùm aerem non admittant mercuriales globuli, atque ex aliâ parte interiacentes eiusdem columnas ponderositate sua superare valeant, sequitur, vt eò impulsi, ubi minùs aeris interfluit, cōgregētur posteà ac simùl vniantur. Quodsi regeris cum *Rhoaultio* & alijs, argentum vivum ideò perpetuò mobile spectari, quòd poros habet hinc indè permeabiles; resp. hoc falsum esse, mobilitatemque illā nonnisi ab elasticitate staminum sulphureorum [è quibus nempè *mercurium* constare deprehendimus] esse repetendum

dam. Et de facto talem elaterem *Mercurio* inesse apud omnes receptum est, maximè Machinarios & Philosophos Experimentalis Iuniores. Uerum ad dictam indiuisibilitatem reuertendo: mercurialium staminum impenetrabilitas est, quæ ipsum *Mercurium* determinat ad aurum, ad argentum & reliqua metalla, non verò tendentia ad Perfectionem, vti opinatur *Kircherus* præcitus, aut electrica quædam facultas & elementaris, iuxta alios. Quippè vicina entia quo minùs porosa sunt, ipse, qui sine poris est *Mercurius*, inquirat decet, eoque citius, quò minùs aeris intér illa & *Mercurium* interponetur. Jamque adeò, vti aurum solidissimum est ac minimè permeabile, & *Mercurius* omnino imperius, itá hic ad illud cogitur à contrenitente cælesti materiâ, eoque effertur. Iungitur his insuper homogeneitas principij: cùm vtrumque eiusmodi metallorum ab eodem sulphure sit, imò, & ipsum aurum ab eodem *Mercurio* &c. Quibus sic explicatis, aio cum *Gaspare Scotto*, quòd si aurum absit, adsintque tamen alia corpora, cum quibus, aut cum quorū effluuijs agnationem aliquam habeat, *Mercurius* vti que ad illa confluat; vt ad argentum respe-ctu auri &c. vt quorum idem principium est.

Cùm

Cùm autèm in humano corpore sulphur adsit Macrocosmico illi affine, scilicet lymphæ sanguinis, vt suprà innuimus, quidni dicamus proptereà, nihil existere in naturâ quod eidem lymphæ magis hærere eandemque magis penetrare valeat, prætér *Mercurium*. Colligitur affinitas ista ex multis historijs, quarum nonnullas recitat *Aldrouandus* his verbis. Relatum est in historijs quondam in caluaria mulieris, quæ iam biennio ingenti dolore capitis perierat, argentum viuum pondere duarum unciarum inuentum fuisse. namque id sensim in cerebro colligebatur dum quotidie mulier in fucis eodem utebatur. Ettenim ea est vis argenti viui, vt in tenuissimum halitum facile transeat. Hac de re non est mirandum, si referente *Leuino Lemnio*, quandoque ex incisa eorum vena, qui semel atque iterum propter luem *Gallicam* hoc inuncti fuerant, aliquot drachmas hydrargri emanasse conspectum. Sic nota est etiā historia cuiusdam Antonij Galli, qui pluries hydrargyro inunctus, neque copioso sputo, neque fluore alui correptus est, sed tantum per vrinam hydrargyrum minxit. Tradunt etiām historiæ quædam, nonnullas mulieres vt maritorum vitę lethaliter officerent, argentum vivum eis deglutiendum dedisse; sed

cum sit ponderosum & mucco intestinorum analogum , illicò per alvum absque ullo incommodo fluxisse . Testatur etiàm Kircherus sua ètate Romæ in cuiusdam aurificis post heteroclitos capitis dolores multo tempore per pessos tandem Defuncti cerebro plus quam libram argenti viui repertam . Ex his constat confluere intèr se argenti viui particulas , & spiritus , & adhærere certis humani corporis partibus potius quam alijs . Hucusque Schottus prælaudatus : ex quibus etiàm colligitur , tales partes , in specie organicas , esse glandulas lymphæ secretioni dicatas , imprimis verò Cerebrū [quod neque adeò immerentèr à Priscis putuita Emporium vocatum est] intèr inorganicas autèm esse ipsam lympham totiés decantatā . Iam verò quemadmodùm hæc lympha materia est recrementorum è glandulis omnibus Uessiculosis destillantium , in Ore , Ventriculo , Intestinis , Cute , Renibus &c. ; et mercurius próptereà tam vni , quam alteri parti indifférenter adhæret , vti nouimus , quærendum hic à nobis quid melius in Ægrorum salutem cefurum sit , si nempè Mercurius per Ptyalismum , Emesin , Catharsin , Diaphoresin , aut per Diuresin demum operetur ? Respondent hodierni Practici , intèr has actiones Ptyalismum proculdu-

culdubio optimum, esse inque Lue *Venerea* cœteris palmam præripere. Verum etiamsi communissima opinio fidem maiorē promereatur, non libet tamen ita eidem inhærescere, quin ad ulteriores inuestigationes animus induci queat. Esto igitur *Ptyalismum* siuè externâ, siuè interna *Mercurij* administratione procuratū à morbo tam truci liberare; quid nihilominus, si hoc ipsum per aliam viam obtineatur? Quippe imprimis cura per *Saluationem* satis lenta est; 2. parum tuta; ac 3. denique minimè iucunda. Est laboriosa ac tarda ea Cura, quoniam eligenda primò anni tempora, tum Chirurgi expertissimi salutandi, prece & pretio rogandi &c. insuper domicilia mutanda, Euacuationes præmittendę, Balnea, decocta & id genus alia sustinenda. Qui igitur celer esse possit talis cura? Est prætereà parùm tuta. Nám quot inuenias vel tèrue, quatèrue à Tonsore inunctos, & quos tamen *Saluatio* à Lue nunquam liberauit? Ratio autem istius phœnomeni est, quià per Illinitiōnem ita lymphę commisceri nequit hydrargyrus, quin aliquos sempèr angulos in eādem linquat imper-scrutatos. Videatur *Ucay*. Et rursū, quià siuè vunctionibus, siuè Suffumigijs instituatur *Saluatio*, ea nunquam *Mercurij* dosis exigi ad

libellam potest, quam aliás Medicus requiri nouit in hoc, vel illo Luis gradu ad virus magis minusue fixum edomandum. Quocircà is tūm vel in paucâ quantitate rapitur in corpus, & sic inutilis euadit Operatio; vel è contrà, in magnâ scilicet mensurâ. In quo planè casu tumultibus enormissimis excitatis tām subiti fiunt morbi, Suffocationes puta, Lypothimię, Convulsiones &c. vt penès Medicum non sit eosdem reparare. Denique nec est iucunda eiusmodi Curatio, cum sit longa; cùm æger eundem decubitus perpetuò seruare, nec libera frui aura, nec masticare debeat; cùm, inquam, idem fætorem sulum cadaueraceum tolerare, mortem continuò meditari, timere, ingentissimos denique cùm Palati, tūm Capitis dolores perferre cogatur. Insurgis illum hisce obuiam iturum satis, qui *Saluationem* non Junctionibus, suffumigijs Cingulis, Emplastris &c. verùm *Mercurio* internè adhibito prouocet. Ad quod resp., quòd vtcūque licet hoc pacto res tutius processura esset, quis nibilominus spondeat, illum *Saluationem* inducturum potius, quàm Emissin, Catharsin, aut Mortem? Et certe, notum est, quòd ad *Ptyalismum* excitandum, *Mercurius* imprimis crudus minimè confert.

Quem

Quem verò latent strages ab eiusdem præparationibus inuectæ? de Mercurio vitæ, quo ad illum sinem vtuntur nonnulli, narrat *Loticus* vidisse se puellam nobilem, ex eius assūptione peremptam. Quamobrèm hisce historiam claudit. *Ab eo casu, (quem hiscè oculis meis mihi notaui) istoque tempore Mercurius vitæ prout falso vocant isti, rectius Mortis pararius appellandus, temet si quidem à præstantissimo Chymico foret subactus præparatusque, horribilis mihi sacerque extitit: adeoque opinor, non, nisi cum religione & conscientia tractandus, aut (quod præstaret facile) unanimi Medicorum nostrorum consensu omnino damnandus.* Et quod ipsum Mercurium dulcem: eius præparatio simplissima, omniumque innocentissima perhibetur; casum nihilominus Medici ab eo occisi habet *Heluuigius*: nec diù elaborabo in perquirendis alys Practicorum Observationibus, quæ de præcipitato albo, panacea, bezoardico minerali puluere Valgaroti quæ denique de sexcentis alijs Mercurij præparationibus, quæ iam iam quilibet *Pudendographus* comminisci consuevit; & quæ quidem Observations satis indicant noxas eiusmodi compositiones sequi solitas; adeò, quod plures receptas demum tradere conati sint, quibus persuaderent Luem

Ve.

Veneream citrā omnem Mercurium curari posse: suntque ij L' Abbè Rousseau, Boirel, de S. Romain, & aly Galli. In id enim animum nūnc induximus, vt ostendamus Salivationem ab eiusmodi mercurijs quandoque irritò exspectari. Sed demus insupèr rem ità contingere: Saliua nihilominùs exindé nūquàm in eâ tūm consistentia, tum quantitate fluet, quæ exposcitur ad perfectam sanationem. Quæ ergò vtilitas eiusmodi Ptyalis? Et denique, annè suis caret incommòdis ista Saluatio, vtcunque licet per interiora obtinueris? Nonnè, in quam, ex eâ saltim Oris exulceratio, Dentium vacillatio sequentur? His sic consideratis neruos omnes intendendos duxi & ne adminimúm mala hæc ex Mercurio contingenter, & vt prætereá Magistri essemus tām indomiti[vt Chymici aiunt] Lupi. Pro mea virili, non alitèr meliùs frænatum iri didici Argentum vivuni; quām ipsum ad Intestina determinando. Sic enim istud venefalia per naturalem viam educere, sic in sanguinem penetrare, lympham triturare, quoquouersúm influere: sic insupèr ab Ore Neruis Capite arceri; sic denique eiusdem vis incitari, cicurarj, iterùm stimulari, contineri, aut omnino cohiberi potest. Sciscitaberis, quo pacto

ris mercurialis portio, eidem per aliud men-
struum restituatur V. g. per spiritum vrinæ
post dissolutionem &c. Vndè colliges scopum
non attingere, qui Luem *Venereum* curare
posse autumant vel panaceis suis, vel bezoar-
dico minerali, puluere Valgaroti, vel *Mer-*
curio dulci &c. Leuia quippè sunt hæc, & mi-
nùs fixa, quám vt fixissimum virus pessun-
dare valeant, vt consideranti patescit. Vnum
displacet in hoc opere, nempè quià, cùm
eiusmodi remedium ipse suis manibus distri-
buere [vt iàm nouimus] Medicus teneatur,
contingit sepenumerò, quòd non præceden-
te pretio oleum is & operam perdere, vt
aiunt, debeat; insupèr, & si quidpiam ero-
getur, pro Medico sordidus, auarus audiat.
Videbis nimirùm Sycophantas, Pseudo chi-
rurgos, Apotecharios quosdam clàm, noctu,
coniunctim, diuisim, amussatim sussurantes
Medicum illum criminari, quòd remedij sui
æstimationem iniustam indixerit; interim
neque ad labores attendere, quos in præpa-
ratione tolerarit; neque ad incommoda in-
administrationibus: neque demùm ad id,
quòd, si obolum fortuitò ab aliquo retulerit
in principio (ad spem eius acuendam) subindè
nihil ampliùs reportare, à pauperibus præ-

sertim soleat; & ab ijs qui sanitati restituti Medicum posteà nec salutare vt plurimum dignantur; non attendant, inquam, Pseudo-Chirurgi, quod alia ipsos, alia Medicum decent; & ij quidem plebeculam in ius vocare, ad forum trahere vel pro fudati uncula, aut decocto illi exhibito pro more habent; à quibus tamen Medicus abstinere debet. Quocircá fatetur nihil iam mihi magis infestum esse, quam ut ad Luem *Venereum* curandam accersor, hoc est, quia Medici industria in hac cura non spectatur: nec eiusdem medicamentum compensatur; neque demum, pro mercede aliud, quam probrum illi porrò rependitur. Verum de his satis. Quod remanet cure: signum mutati, liquati, euacuati veneni *Venereti* vt plurimum est Febris aliqua Ephemera, prout locuti fuimus in Prognosticis: nec reticebo heic proptereà, quatinus intèr curandum aliquos extrema macie perditos, cum superueniente ea febre alij Medici ad Consultationem conuocati Ægrotos pro deploratis renunciassent, verso tandem in melius omine dicti pœnituerit, vtque anteā me contrà reclamantem certamque ex Febre illa valetudinem pollicentem effuse deriserant, iamiam expulsa Lue risum in-

ad-

admirationem commutarint . Coeterò ad ossium cariem , nodos , aliasque huiusmodi reliquias quanquam nil externè requiritur in hac , cura ; si tamen quidpiam adhibere licet , *Vigonis* emplastrum è ranis duplicato , aut triplicato *Mercurio*; itèm alia , quæ in libris suis passim docent Practici usurpanda veniunt . Quamobrèm restat concludam cum *Le Monier* his verbis . Je grossirois avec plaisir ce , chapitre d'vn bon nombre d'autres remedes excellens pour la guerison parfaite des maladies , dont il est question . Mais comme la plûpart de ceux qui souffrent ces maux , au lieu de recourir a l'experience & a la probité d'vn Medecin , ou d'un habile Chirurgien , confient legerement leur vie & leur santé à des femmes ou a d'autres personnes , qui sont sans prudence , sans iugement , sans conduite & sans sçauoir , dont le nombre est malheureusement grand ; je craindrois qu'en des pareilles mains ils ne fussent plus dangereux , que salutaires : c'est ce , qui m'oblige a les passer sous silence , aussi bien n'est il pas nécessaire faire , diton , de tout communiquer , a la fois , etant bien iuste & raisonnable de partager ce qu'on sçait , & d'en referuer au moins la partie , qu'on croit etre la meilleure & la plus ,

utile pour se faire & se conseruer des amis.,,

Spuriam quod concernit Luem: notum fecimus, vel leuissimis Antiueneris hanc expelli; addo nunc, vel solis Purgantibus. Tu nihilominus Mercurium, si opus fuerit, his adiunges istud in mente habens, videri bolos, pilulas, opiatas & reliqua mercurialia non alterius Luis gratia inuēta; in formā, inquam, solida, ne Mercurius Gingiuas attingendo Dentibus obesse queat. Formulas de ijs Nos non nullas dedimus in superioribus suplementi causa potiūs, quàm vt existimaremus eas tradere neccessum esse; et cùm quiuis Tonsor & Agyrta suas habeat sibi peculiares, còmmunes verò in Libris vulgo prostent innumeræ. Mulieribus nihilominus, & quibuscunque assiduus *Mercurij* vsus non cōpetit, quiue non nisi masticando solida deglutire solent, hæc insupèr concedenda.

Rx. lign. Gayac. Et cortic. eiusdem a 3. R. fals. parill. 3ijj; ialat. 3ijj; sem. fenicul. Et anis. a 3. R. f. omnium puluis subtiliss. in 8. dos dividend. & sumend. M. in liquore appropriato.

Hinc etenim licet vnus vel alter bolus, aut pilula *Mercurialis* identidem masticetur, ope rante nihilominus sequentibus diebus hoc pul-

puluere noxa ex mercurio quælibet dissipari potest, interim & curationis opus vrgeri &c. Cœterō, substituitur in Tabidis & Macilenthis loco Gayaci & farsæparillæ lignum sassafras, aut radix chinæ, aut vtrumque, imò & aliud quicquid hactenùs à *Pudendagrologis* magni fieri consueuit, vt Iuniperus, radix Angelicæ, lignum aloeticum, aristolochia, folia centaureæ minoris &c. Quod Topica; si quidèm nil æquè ferum comperi in hac Lue, atque in Mulieribus Mammarum tubercula exulcerata, vacandum protinus horum expugnationi. Ego ad hunc finem vel maximè conduxisse noui linimentum suprà, pag. 91. ad *Penis* vlcera commendatum, non neglectis tamen sempèr medicaminibus internis, iuxta modò indicata. Quotiescunque verò rebelles tumores accidunt in hac Lue, præferunt exoletâ (prout fœminis continuò fit) prudenter est ad ea configere, quæ paria morbo censentur, curamque instituere quam in Lue *Legitima* proposuimus.

Denique in *Hereditaria* me gerere soleo hoc pacto. Infantem excoriatum, aut rimosum aquâ alibi etiám descriptâ (cap. 2. pag. 58.) abluendum præcipio; mòx, quià Nutrices sç-
penumeró pocillari nolunt, puluerem con-

n.j.
C. Hereditaria

ficio ex lignis præcitatibus, i alappæ tantillo, corall. rubris, C. C. & ocul. cancr. præpar. , cu ius quantum summis primis digitis præhēdi potest semel, bis, terue in diem osculo imponi iubeo quūm lactandus est pusio ; interim pro certiori istius curatione & pro Nutricis præseruatione huic *Mercuriale* aliquid, vel *purgans*, aut *diaphoreticum* &c. cum aliquo prætextu [nam summā opus arte) identidem ingerens , aut propinans : nec recensebo profectò pueros, de quorum vita quilibet ne hilū quidém[vt aiebant]persoluisset, tali nihilominus methodo ità curatos. vt pleni, pingues succulenti facti ipsis parentibus aliena specie imposuerint. Quanquam aliàs Infantibus quoque vnius, alteriusue mensis, aut paucarum septimanarū securè omnino *Mercurius* dulcis propinari valet a.gr. ij., vel iiij. per tres aut quatuor septimanas singulis, aut alternis diebus, sicque malum (inquit *Bohonius*) ad miraculum sanet , qualia experimenta mecum testantur alij , v. g. *Riuarius* & *Rhodius* ex relatione *Schlegelij*. Sed Lues hæc ex Matre : quæ à Nutrice sui interdùm malè conscientia procedunt incommoda Febriculæ sunt, morbi chronicæ , contumaces , Vigiliæ , Marcescentiæ , Dolores vagi , Scabies & Pustulæ Inguen præsertim

sertim adorientes & similia , quorum diagno-
sin suo loco tradidimus ; neque aliter curan-
tur . quam ut *Lues Spuria*, respectu tamen
semp̄er habito ad *Puelli vires*, & morbi di-
ritatem. Ultimò à Genitore oriundi *Herpetes*,
Scabies, *Scrophulæ*, *Arthiritis*, *Epilepsia* alijs
que huiusmodi affectus quandoquidem iam-
iam non aliter , quam per *Mercurium* cura-
ri solent , recepta iam emissā est. Et quod Pe-
darthrocaces [spinas veitositatis] has non
rarò internè decoctis ex lignis exoticis , po-
tissimum verò *Sassafras* & radice chinæ [ob-
tabem , ad quam semp̄er proclives sunt tali
morbo detenti] externè verò oleo cariophy-
lorum, alijsque ossium cariem impedientibus
amuletis, DEO auxiliante, sustulimus.

Porrò autem qualis esse debeat dieta *Lue Venerea* laborantium neminem latere opinor .
Laudauimus iam suprà aeris caliditatem, lau-
dauimus & commessationes , laudamus nunc
& potum vini imprimis meracioris . Narrat
Emanuel Aranda uti miles sibi perspectus Al-
gerij ex vsu egregij huiuscē medicamenti, & ex
laboribus, quos in *Triremibus* perdurauerat ,
à tam truculento morbo incolumis euaserat.
Exercitationes igitur etiam pre quiete condu-
cunt, ut & vigiliæ pre somno . Et quod ex-
cernen .

cernenda è corpore : mirum alicui videbitur
 de *U. Sectione* à me nihil vnquam enunciatum.
 Sed nihil de ea effatus sum , quià non refere-
 bat. Nàm si omni iure in tali morbo damnan-
da est *Phlebotomia* , vt quæ sanguinem inspi-
 fat , Virus fixat , vires prosternit &c. quor-
sum ego illam in campum veluti induxif-
 em? Celebranda nihilominus , quotiescunque
 ex *Mercurio* malum aliquod formidatur , vt
 inflammatio , Corrosio , Suffocatio ; aliás , va-
 leat [loquar cum *Clarissimo Wlpinio Astense*]
 valeat cum suis Defensoribus. Ultimò , Animi
 pathemata , rectis Ægri moderentur habenis.
 Vitentur affectus , grauiores , Ira , Excande-
 scentia , Tristitia , ac imprimis , quæ omnia
 mala grauiora efficit , Impatientia. Tùm etiàm
 metus Mortis ab adstantibus prudenti ratio-
 ne & conuersatione auertendus , quo æger
 moderato gaudio tanto fælicius vigeat.

Jámque *bis supremum Nos fabule actum ad-*
didimus , cum *Tullio* .

F I N I S



